Lonchitis latifolia, pediculis lucidis & glabris.

RAdice potitur hæc Lonchitis quatuor pollices fere longâ, digitum craſſâ, nigrâ, fibroſâ, plurimiſque fibris longiuſculis, craſſiuſculis, ac capillatis inſtructâ, unde quinque aut ſex elevantur coſtulæ ſeu pediculi tenues, nigri, & inſtar Ebeni politi, uniti ac ſplendentes, tandem duodecim aut quindecim pollices alti.

Singulorum ſummitati ſupereminet folium ſingulare, cuſpidatum, & in auriculas acuminatas ad baſim extenſum: reliquam vero altitudinem, hinc inde folia ſex aut ſeptem occupant, non omnino oppoſita, falcata, ad baſim rotunda, partim ſimplicia, partim ad ſupernam baſis regionem apophyſi acuminatâ aurita.

Foliorum ampliora, (inferiora videlicet) ſemipedem circiter ſunt longa, & duos pollices ubi latiora, lata: ſingula membranacea ſunt, leviter in ambitu ſerrata, læte virentia, nervulo nigerrimo, & polito ſuſtentata, longiuſculiſque tuberculis obliquis, quos innumeræ veſiculæ è nigro fulvæ conſtituunt, poſterius onuſtata.

Ad verticem montis de la Calebaſſe, *apud inſulam Martinicanam naſcitur hæc Planta.*

TABULA LX.

Lonchitis glabra, major.

CEſpitis denſiſſimi inſtar formatur hujuſce Lonchitidis radix, unde plures emanant coſtæ duos pedes circiter altæ, duas uncias craſſæ, fuſce vireſcentes, glabræ, poſterius teretes, ſed pauliſper anterius ſulcatæ : folia iis ad tertiam à radice partem adnaſci incipiunt alterna, falcata, acutiſſima, crenuliſque rotundis leviter dentata, quorum ampliora tripollicarem, & paulo majorem habent longitudinem, pollicem fere ad baſim lata, ibidem ad ſupremam partem in lobulum rotundum extenſa, ad infimam vero oblique paulum deducta.

Singulorum facies omnino glabra, è viridi læto niteſcit, dorſum vero nervulo trajicitur, à quo venulæ frequentes exortæ ipſum veluti exaratum efficiunt, tuberculaque vermicularia veſicularum innumerabilium & ſature ruffeſcentium inter ipſas oblique jacentia amplectuntur.

Secus fluviolos, ac per ſylvas humidas reperitur ut plurimum hæc Planta. quam pluribus locis apud inſulas Americanas ditioni Gallicæ ſubjectas adinveni.

Lonchitis major, pinnis latioribus, leviter denticulatis, ſuperiore latere auriculatis. *Sloane, Catal. Plant. Jamaïc. 16.*

PLANCHE LX.

Grande eſpece de Lonchite liſſe.

LA racine de cette Lonchite reſſemble à du gazon fort touffu, d'où ſortent pluſieurs coſtes, longues d'environ deux pieds, épaiſſes de deux lignes, d'un vert brun, unies, rondes ſur le dos, canelées ſur le devant, & garnies depuis le tiers en haut de feuilles alternes, ſemblables à des faulx tres pointues, & dentelées aſſez legerement tout au tour par une crenelure ronde ; les plus grandes ont un peu plus de trois pouces de long, ſur prés d'un pouce de large à la baſe, dont la partie ſuperieure s'étend en maniere d'un oreillon arrondi, au lieu que celle de deſſous eſt un peu oblique.

Chaque feuille a le devant fort uni, d'un beau vert, & le deſſous traverſé par une nervure, d'où naiſſent quantité de lignes obliques qui la rendent comme ſillonnée, & qui embraſſent quelques tubercules vermiculez, poudreux, & formez par une infinité de veſicules d'un noir fauve.

On trouve ordinairement cette Plante le long des ruiſſeaux, & dans les foreſts humides : j'en ay trouvé en pluſieurs endroits des iſles Françoiſes de l'Amerique.

C'eſt *la grande eſpece de Lonchite, à pinnules plus larges, dentelées legerement, & à oreilles du coſté d'en haut.* Sloane, Catal. Plant. Jamaïc. 16.

TABULA LXI.

Lonchitis auriculis ſubrotundis laciniata.

RAdicem fere Polypodii vulgaris obtinet hæc Lonchitis, aſt paulo exiliorem, è nigro fuſcam, fibriſque multis etiam fuſcis & ramoſis pollentem : pediculi ſeu coſtæ ex ea naſcuntur rotundæ, & ut in Adianto vulgari læves, nigræ & lucidæ : ſingulæ autem illæ coſtæ unciam fere ſunt craſſæ, pedem & ſemis circiter altæ, & à tertia altitudinis parte, foliis alternis, fere contiguis, falcatis ſed obtuſis adornatæ.

PLANCHE LXI.

Lonchite découpée en petites oreilles rondes.

LA racine de cette Lonchite eſt preſque la meſme que celle du Polipode commun, mais un peu plus menuë ; elle eſt d'un gris noir, & garnie de quantité de petites fibres rameuſes & brunes : elle pouſſe auſſi pluſieurs pedicules ou coſtes rondes, noires, unies, & luiſantes comme les pedicules du Capilaire : toutes ces coſtes ſont épaiſſes d'environ une ligne, hautes d'un pied & demi, & garnies depuis preſque le tiers de leur hauteur de feuilles alternes, aſſez prés les unes des autres, & taillées en faulx émouſſées.

Toutes ces feuilles ſont preſque d'une meſme conſiſtence que celles de nos Capilaires communs; les plus grandes n'ont qu'enuviron deux pouces de long, & leurs baſes en ont un de large: tout leur contour, particulierement le bord ſuperieur, eſt découpé par des oreillons arrondis & ondez, dont celuy qui forme la partie ſuperieure de la baſe eſt toûjours le plus grand de tous.

Le devant de toutes ces feuilles eſt uni, & d'un tres beau vert; au lieu que le dos eſt un peu plus foncé, & chargé dans le fond de chaque oreillette d'une maniere de vermiſſeau poudreux, couleur de Chaſtaigne, & couché obliquement.

Je trouvay cette Plante dans les foreſts de la Martinique.

Folia illa omnia fere ut Adiantum vulgare membranâ conſtant ſubtili; ampliora duos pollices ſunt longa, unum fere ad baſim lata, in toto ambitu, potiſſimum ſuperiori, in auriculas diſſecta ſubrotundas, & undoſas, quarum, quæ folii baſim ſuperiorem conſtituit, cæteris ſemper amplior exiſtit.

Singula demum folia adverſa parte glabra ſunt & lætè virentia, averſa vero paulo ſaturius nitent, vermiculoſque ad ſingulas auricularum areas geſtant pulverulentos, caſtaneos, atque obliquos.

Hanc Plantam reperi per ſylvas inſulæ Martinicanæ.

PLANCHE LXII. Fig. A.

Lonchite à oreille, & dentelée.

LA racine de cette Lonchite eſt formée par quantité de filamens noirs, & pouſſe pluſieurs pedicules aſſez greſles, d'un vert paſle, & longs d'environ un pied & demi: tous ces pedicules ſouſtiennent à chaque coſté en commencant un peu au deſſus de la racine une vingtaine de feuilles placées alternativement, & fort prés les unes des autres, dont les plus grandes ont environ deux pouces & demi de long, & repreſentent toutes une maniere de faulx pointuë & découpée tout au tour par des crenelures émouſſées, mais toutes fenduës au bout par deux petites dents pointuës. Outre toutes ces crenelures, chaque feuille a ſur la partie ſuperieure de ſa baſe une production en façon d'oreillette preſque ſeparée du corps de la feuille par une fente aſſez profonde: enfin elles ont toutes le devant fort uni, luiſant, & d'un vert aſſez agréable, mais le dos tout ſillonné par de petites rayes, & chargé tout du long d'un double rang de petites verruës poudreuſes, & d'un noir-tanné.

On trouve cette Plante dans les foreſts de l'iſle Saint Domingue.

TABULA LXII. *Fig. A.*

Lonchitis auriculata, & ſerrata.

FIbris longiuſculis capillaceis & nigris tota conſtruitur hujus Lonchitidis radix, pediculoſque plurimos effundit ſatis exiles, è viridi pallidos, & pedem ac ſemis circiter altos: qui hinc inde paulo à radice foliis inſtruuntur viginti ferme, alternis, proxime ſibi adpoſitis, amplioribus paulo magis quàm duos pollices longis, falcemque acuminatam aliquatenus referentibus, per totum circuitum crenulis fere obtuſis, ac in ſummitate bidentibus ſeu biſidis inciſam, & inſuper ad partem baſis ſuperiorem apophyſi quadam fiſſura ſatis profunda veluti ab ipſo folio ſejuncta auritam: ipſorum tandem facies glabra eſt, ac læte virens & lucens, dorſum vero lineolis totum exaratur, verruculiſque è bætico nigricantibus, duplici ſerie per totam longitudinem poſitis onuſtatur.

Per ſylvas inſulæ Sandominicanæ reperitur hæc Planta.

TABULA LXII. *Fig. B.*

Lonchitis juxta nervum pulverulenta.

RAdicem è multis fibris longis, nigris, & tenuibus coagmentatam habet hæc Lonchitis, ex qua pediculi producuntur pedem & ſemis alti, in longiuſculum & acutiſſimum folium deſinentes, & ad quorum tertiam altitudinis partem cætera folia adnaſci incipiunt, ſibi invicem oppoſita, & ſatis vicina: ampliora trium fere pollicum longitudinem, ſex vero unciarum latitudinem obtinent. Singula falcata ſunt & acuminata, leviter per totum ambitum undulata, atque ad baſis utramque partem apophyſi quadam rotundâ, auriculata; lineolis plurimis exilibus pauliſper per totum exaſperantur, ac tandem nervulo in longum ſuſtentantur, quem hinc inde faſciola quædam ſtipatur primo membranulâ ſubtiliſſimâ & albicante conſtans, qua deinde veſicularum incremento evaneſcente, tota faſciola in pulviſculum nigricantem mutatur.

Hanc Plantam per ſylvas inſulæ Sandominicanæ pluries adinveni.

Sloane, in Catal. Plant. Jamaïc. 18. dicitur : Filix minor in pinnulas tantum diviſa, crebras, non crenatas, auriculatas, & lineis pulverulentis averſa parte notatas.

PLANCHE LXII. Fig. B.

Lonchite poudreuſe le long de la nervure.

LA racine de cette Lonchite eſt un aſſemblage de quantité de longues fibres, menuës, noires, d'où ſortent des pedicules qui n'ont pas plus d'un pied & demi de long, terminez par une feuille un peu longue & aſſez pointuë; & du tiers de la hauteur deſquels commencent à naiſtre d'autres feuilles ſituées vis-à-vis les unes des autres, & preſque toutes contiguës : les plus grandes ont environ trois pouces de long, ſur environ demi pouce de large. Elles approchent toutes en figure à une faulx pointuë, ondée legerement tout au tour, & élargie à la baſe par deux manieres d'oreillettes rondes; elles ſont un peu rudes au manier à cauſe de pluſieurs petites rayes qui les ſillonnent : leur principale nervure qui les traverſe tout au long, eſt accompagnée de chaque coſté, premierement d'une petite membrane blanche, qui s'évanouiſſant enſuite par l'accroiſſement des veſicules laiſſe aprés elle comme une petite bordure poudreuſe & noiraſtre.

J'ay rencontré pluſieurs fois cette Plante dans les foreſts de l'iſle Saint Domingue.

Le S^r Sloane l'appelle dans ſon Catalogue des Plantes de la Jamaïque 18. *Petite eſpece de Fougere, diviſée ſeulement en pinnules preſſées, ſans crenelures, à oreillons, & marquées ſur le dos de lignes poudreuſes.*

TABULA LXIII.

Lonchitis glabra minor.

DIgitum longa digitumque craſſa eſt hujuſce Lonchitidis radix, Polypodii radicis more carnoſa & intus virens, ſed deforis bætica, radiculiſque multis fibroſis capillata: ex ipſa pediculi quidam elevantur læves, rotundi, duos pedes circiter longi, unciam craſſi, obſcure fulvi, propinquiſſimiſque hinc inde exornati foliis, quandoque adverſis, ſed ut plurimum alternis.

PLANCHE LXIII.

Petite Lonchite liſſe.

CEtte Lonchite a la racine preſque auſſi longue & auſſi groſſe que le doigt, d'une couleur tannée par dehors, verdaſtre & charnuë en dedans, ainſi que celle du Polipode, & accompagnée de fibres cheveluës : elle pouſſe auſſi pluſieurs pedicules unis, arrondis, longs d'environ deux pieds, épais d'une ligne, de couleur d'un tanné foncé, & garnis de chaque coſté de feuilles aſſez proches les unes des autres, ordinairement alternes, & quelque fois oppoſées.

Chaque

Chaque feuille a la figure d'une petite faulx émouſſée, longue d'environ un pouce & demi, large de quatre à cinq lignes, & tant ſoit peu dentelée : le deſſus eſt uni, & d'un vert foncé, & le deſſous un peu paſle, & tout ſillonné par pluſieurs petites rayes obliques, & chargé tout le long de chaque coſté de la principale nervure d'un rang de petites boſſettes poudreuſes, & de couleur de Chaſtaigne.

On trouve tres ſouvent cette Plante le long des ruiſſeaux dans les foreſts des Antilles Françoiſes.

Singula autem hæc folia falculæ obtuſæ ſimilia ſunt, pollicem & ſemis longa, quatuor uncias lata, leviter dentata, deſuper glabra & ſature virentia, ſubtus vero pallidiora, rugulis obliquis exarata, verrucularumque pulvereſcentium ac ſpadicearum ſerie ad utrumque nervuli primarii latus decurrente, inſtructa.

Satis frequens juxta rivulos ac per ſylvas Antillanarum Gallicæ ditioni ſubjectarum provenit hæc Planta.

PLANCHE LXIV.

Lonchite à feuilles de Betoine.

LA racine de cette Lonchite eſt toute compoſée de longues fibres menuës, & d'un noir-tanné : elle pouſſe ſept à huit coſtes, longues d'un peu plus d'un pied, épaiſſes d'une ligne, rondes, creuſées ſur le devant, & garnies preſque depuis le haut juſques en bas, d'aiſlerons ou feuilles alternes aſſez proche les unes des autres, & aſſez ſemblables aux feuilles de la Betoine commune.

Les plus grandes de ces feuilles ont tout au plus un pouce de long, ſur environ trois lignes de large à la baſe ; elles ont le bord ſuperieur un peu courbé, la pointe émouſſée, & tout le contour dentelé par des creneaux arrondis, dont le premier du coſté ſuperieur de la baſe eſt toûjours le plus grand de tous : leur ſurface eſt ſillonnée legerement, & d'un vert aſſez agreable ; le dos eſt un peu plus paſle, & chargé d'une double rangée de petites membranes blanchaſtres, & taillées à peu prés en croiſſant ; leſquelles venant à ſecher, & à ſe reſtreſir laiſſent paroiſtre à leur place tout au tant de petits tas d'une pouſſiere dorée.

Cette Plante croiſt dans les foreſts de l'iſle Saint Domingue, je la rencontray en venant de la bande du Sud à Leogane par le Grand Cul-de-ſac.

TABULA LXIV.

Lonchitis Betonicæ foliis.

EX innumeris filamentoſis, ſeu capillaceis nigro fulveſcentibus fibris tota compingitur hujus Lonchitidis radix, ſeptenas aut octonas producens coſtulas, paulo magis pedem altas, uncialis craſſitiei, rotundas, levi canaliculo ſulcatas & fere per totam altitudinem foliis alternis, propinquiſſimis, foliaque Betonicæ noſtratis vulgaris valde referentibus, utrinque alatas.

Foliorum autem majora pollicem circiter ſunt longa, & tres uncias ad baſim lata : ſingula limbo ſuperiori pauliſper falcantur, in obtuſum cacumen deſinunt, denticulis rotundis per totum ambitum crenantur, ac ad baſis ſuperiorem partem crena ſeu denticulo paulo cæteris ampliori tantiſper dilatantur; eorum facies læte virens eſt, ruguliſque aſperiuſcula, dorſum vero pallidius & inſuper bina membranularum tenuiſſimarum, albicantium ac lunatarum ſerie inſtructum, quibus præ ariditate ſeſe contrahentibus acervuli apparent è minutiſſimis, & ex auro ruffeſcentibus veſiculis tumeſcentes.

Planta hæc per ſylvas inſulæ Sandominicanæ provenit, ſecus iter occurrit mihi quo à plaga Meridionali per Magnum Sinum le Grand Cul-de-ſac, *tenditur ad Leoganam.*

TABULA LXV.

Lonchitis foliis ſuperius inciſis, major.

E Multis craſſiuſculis, nigricantibus & capillatis foliis formatur hujuſce Lonchitidis radix, è quarum capite plurimi naſcuntur pediculi tenues, è viridi ſubnigri, pedales ac per totam longitudinem foliis hinc inde oppoſitis, fere parallellogrammis, etſi tantiſper falcatis, adſtructi.

Cuncta autem folia illa contiguo fere proceſſu ſibi invicem ſuccedunt; ſemipollicarem longitudinem & triuncialem latitudinem obtinent: exteriori margine leviter ſerrantur, ſuperiori vero rotundis crenulis dentantur; membranacea ſingula ſunt & inſtar Adianti noſtratis vulgaris ſubtilia, ſupina parte ſaturius & ſplendidius quam prona vireſcentia, ac tandem in eadem prona parte tuberculis tribus oblongis granulorum ex auro-nigricantium inſtructa.

Iiſdem ac præcedentem locis hanc etiam adinveni.

PLANCHE LXV.

Grande eſpece de Lonchite, découpée au bord ſuperieur.

CEtte Plante a la racine formée de pluſieurs groſſes fibres noiraſtres & cheveluës, de la teſte deſquelles naiſſent pluſieurs pedicules menus, d'un vert brun, longs d'environ un pied, & tous garnis depuis un bout juſques à l'autre, & de chaque coſté de pluſieurs feuilles oppoſées preſque de figure parallellogramme, approchant pourtant de celle d'une faucille.

Toutes ces feuilles ſe ſuccedent de ſi prés les unes des autres qu'elles ſe touchent preſque toutes, elles ont environ un demi pouce de long, ſur trois ou quatre lignes de large, ayant le bord exterieur un peu dentelé, & le ſuperieur entaillé par une crenelure ronde; leur conſiſtence eſt toute membraneuſe, & délicate à peu prés comme celle du Capilaire commun, plus foncée & plus luiſante par deſſus que par deſſous, où elle eſt chargée de trois petits tas longuets, & compoſez d'une petite graine noire & dorée.

Je trouvay cette Plante dans le meſme endroit que la precedente.

TABULA LXVI.

Lonchitis pumila foliis ſuperius inciſis. Fig. B.

LOngas, capillamentoſas & nigricantes fibrillas, & in caput unum coeuntes, pro radice habet hæc Lonchitidis ſpecies, unde ſeptem aut octo promanant coſtulæ exiles, ſemi pedem circiter altæ, ſplendentes, nigræ, & hinc inde alternis exornatæ foliis tanta vicinitate ſibi invicem adpoſitis ut inferioris limbus ſuperior, ſuperioris folii limbo inferiori ſuperincumbat.

Singula autem illa folia membranacea ſunt & ſubtilia, falculamque fere trapeZiam referunt interiori & infimo lateribus integram & ſimplicem, extimo vero & ſupremo denticulis emarginatis profunde crenatam: facies ſin-

PLANCHE LXVI.

Petite Lonchite à feuilles découpée par le haut. Fig. B.

LA racine de cette Lonchite n'eſt proprement qu'un amas de quantité de filamens noirs, longs, & menus comme cheveux, d'où ſortent ſept à huit petites coſtes noires, luiſantes, hautes d'environ demi pied, & garnies de chaque coſté de petites feuilles alternes, & ſi proches les unes des autres que le bord ſuperieur de l'inferieure couvre le bord inferieur de la ſuperieure.

Toutes ces feuilles ſont membraneuſes & déliées, elles ont preſque la figure d'une petite faucille trapeze, dont les deux coſtez du deſſous & du dedans ſont ſimples & ſans aucune découpure, au lieu que ceux du deſſus & du dehors ſont entaillées un peu avant par

des crenelures échancrées : leur devant eſt uni, & d'un vert aſſez agreable, & leur dos tant ſoit peu ridé & garni ſur le milieu du bord inferieur d'une groſſe tumeur demi ronde, formée par une petite pouſſiere tannée.

Cette Plante croiſt parmi les fentes des rochers, j'en ay trouvé en quelques endroits de la Martinique.

gulorum lætiſſime viret ac lævigatur, dorſum verò tenuiſſimis ſulculis totum corrugatur, & inſuper unico tuberculo ſemicirculari minutiſſimi & caſtanei pulveris, ad mediam limbi inferioris ſedem affixo donatur.

Per rimoſa ſaxa radices ſuas agit hæc Planta, quam plurimis in locis reperi apud inſulam Martinicanam.

PLANCHE LXVII.

Lonchite aquatique, membraneuſe & déliée.

LA racine de cette Lonchite n'eſt pas plus groſſe qu'une plume à écrire, elle eſt un peu plus longue que le doigt, un peu tortuë, verte, tendre, & accompagnée de pluſieurs petites fibres rameuſes : elle rampe parmi la mouſſe des rochers, & pouſſe cinq à ſix coſtes tendres, vertes, longues d'un pied ou quelque fois d'un demi pied ſeulement, & toutes terminées par une feuille un peu pointuë ou émouſſée, & toûjours ſinueuſe.

Depuis le milieu juſques en haut ces coſtes ſont auſſi garnies de feuilles alternes, approchant preſque de la figure d'une ſerpe émouſſée, ſinueuſe & à oreilles, & d'une conſiſtence ſi déliée qu'elles ſont preſque tranſparentes : les plus grandes n'ont tout au plus qu'environ deux pouces de long, ſur un pouce de large, leur vert eſt aſſez beau quoy que un peu foncé & terni par une petite mouſſe ; elles ont auſſi ſur leur dos quelques petites eleveures en maniere de vermiſſeaux noirs, couchez de biais, & un peu courbez en faucille ; & outre ce, elles paroiſſent toutes venées par des fibres internes extrémement déliées & branchuës, qu'on apperçoit lors qu'on les regarde au jour.

Cette Plante croiſt particulierement aux ſources des ruiſſeaux ou ſur les rochers humides, & couverts de mouſſe : je la trouvay dans la ſource meſme d'une petite fontaine ſur le morne de la Calebaſſe à la Martinique.

TABULA LXVII.

Lonchitis aquatica, membranâ tenui contexta.

RAdicem habet hæc Planta pennâ ſcriptoriâ non craſſiorem, digito paulo longiorem, tortuoſam, virescentem, teneram, fibris tenuibus & ramoſis ſtipatam, perque muſcoſa ſaxa repentem : coſtulæ ex ea producuntur quinæ aut ſenæ, pedales interdum, quandoque verò ſemi pedales, teneræ, virentes, & in folium deſinentes, aut cuſpidatum, aut obtuſum, & ſemper ſinuoſum.

Singulæ etiam à medio altitudinis foliis inſtruuntur alternis, fere falcatis, obtuſis, ſinuoſis & auriculatis, tantæque tenuitatis ut fere diaphana ſint : ampliora duos pollices circiter ſunt longa & unum ad baſim lata ; ſatura ſed pulchre virescunt, etſi muſcoſitate quadam etiam ſordeſcant ; vermiculoſis tandem tumoribus quibuſdam nigris, obliquè decumbentibus, & quaſi falcatis in averſa parte inſigniuntur ; fibrillis inſuper internis, ſubtiliſſimis & ramoſis tota venoſa apparent, cum ad lucem conſpiciuntur.

Fontium ſcaturigines ſaxaque humida & muſcoſa potiſſimum amat hæc Planta : ipſam reperi juxta originem ipſam fonticuli cujuſdam in vertice montis de la Calebaſſe, *apud inſulam Martinicanam.*

TABULA LXVIII.

Lonchitis acuminata, auriculisque rotundis incisa.

HUjusce Lonchitidis radicem fibræ constituentes, longiusculæ sunt, & numerosæ filo crassiores multo, nigræ ac penitus capillatæ; ex quarum adunatione costulæ quinque aut sex efferuntur è viridi furvæ, magis quam semipedem altæ, foliisque hinc inde alternis, contiguis, multum acuminatis, terramque cacumine spectantibus per totam fere longitudinem donatæ.

Foliorum autem majora pollicis fere longitudinem, quinque vero unciarum latitudinem ad ipsam basim consequuntur: singula per totum circuitum crenulis rotundis, ceu totidem auriculis satis profunde inciduntur, ad basim potissimum ubi auricula elatior conspicitur, inque alias auriculas veluti dissecta.

Eorum substantia membranacea ac subtilis, anterius læte virens & glabra, posterius vero paulo saturior, atque ad singulas auricularum areas verruculâ nigrâ & pulverulentâ tumescens.

Raro & paucis locis Plantam reperi apud insulam Sandominicanam.

PLANCHE LXVIII.

Lonchite pointuë, & découpée par des oreillons arrondis.

LEs fibres qui composent la racine de cette Lonchite sont fort nombreuses, longues, noires, cheveluës, & épaisses comme de la ficelle. De cette racine on voit sortir cinq ou six costes d'un gris tirant sur le vert, menuës, longues de plus de demi pied, & garnies tout le long de chaque costé de feuilles alternes fort proches les unes des autres, tres pointuës, & ayant toutes la pointe vers la terre.

Les plus grandes de ces feuilles ont environ un pouce de long, & quatre à cinq lignes de large à la base: elles ont tout le contour découpé assez avant par une crenelure ronde comme par autant d'oreillons, particulierement au costé superieur de la base, où l'oreillon est toûjours plus grand, & comme découpé en d'autres.

Leur substance est membraneuse & fort déliée, unie & d'un beau vert sur le devant, mais un peu plus foncée sur le dos, & chargée à chaque oreillon d'une petite verruë noire & poudreuse.

Je n'ay trouvé cette Plante qu'en fort peu d'endroits dans l'isle Saint Domingue.

TABULA LXIX.

Lonchitis non ramosa, longissimis, angustis, & ad basim auriculatis foliis.

RAdice potitur hæc Lonchitis totâ capillatâ & nigricante, novem aut decem producente costas, tres uncias circiter crassas, luridas, læves, posterius convexas, anterius sulcatas, ac demum quatuor aut quinque pedes altas. His folia hinc inde adnascuntur opposita ac satis sibi vicina, semipedem circiter longa, tres aut quatuor uncias lata, ad basim tamen binis lobis rotundis, quales fere sunt auris, dilatata: in summitate ipsa multum acuminantur, per totum pallide virent, ac tandem nervulo posterius su-

PLANCHE LXIX.

Lonchite non rameuse, à feüilles tres longues, étroites, & oreillées à la base.

CEtte Lonchite a la racine toute cheveluë & noiraſtre, & pousse neuf à dix costes épaisses d'environ trois lignes, brunes, unies, rondes, sillonnées en devant, & hautes de quatre à cinq pieds: elles sont garnies en toute leur longueur de quantité de feuilles oppoſées, fort peu distantes les unes des autres, longues d'environ demi pied, & larges de trois à quatre lignes, excepté à la base où elles s'élargissent par deux petits lobes ronds & semblables à ceux de l'oreille. Ces feuilles se terminent beaucoup en pointe; elles sont par tout d'un vert pasle, & soustenuës

nuës en deſſous d'une nervure aſſez élevée, qui jettant pluſieurs petites fibres obliques de chaque coſté les rend toutes tant ſoit peu rudes; leur contour eſt legerement ondé, & ſans aucune dentelure, & tout entierement bordé ſur le dos d'un cordon formé par une petite poudre griſaſtre.

On trouve cette Plante en pluſieurs endroits de l'iſle Saint Domingue, particulierement le long des ruiſſeaux.

Fougere ſans branches, à feuilles tres longues, étroites, & oreillées à la baſe. Deſcript. Plant. Americ. Planche XVIII. 12.

Lonchite à feuilles longues, étroites, & poudreuſes au bord. Inſt. R. Herb. 539. & Cat. Plant. Americ. 12.

ſtentantur prominulo, unde plurimæ fibræ oblique ad latera procedentes, tantiſper ipſa ad tactum exaſperant; totus eorum circuitus leviter undulatus eſt, nullatenus ſerratus, ſed penitus in averſo margine, torulo pulverulento & fere leucophæo præcinctus.

Satis frequens eſt hæc Planta potiſſimum juxta rivulos, apud inſulam Sandominicanam.

Filix non ramoſa longiſſimis, anguſtis, & ad baſim auriculatis foliis. *Deſcr. Plant. Americ. Tab. XVIII. 12.*

Lonchitis longis, anguſtis, & ad oras pulverulentis foliis. *Inſt. R. Herb. 539. & Catal. Plant. Americ. 12.*

PLANCHE LXX.

Autre Lonchite à feuilles tres longues, étroites, & refeuillées à la baſe.

CEtte eſpece de Lonchite a le port, la hauteur, & la racine tout à-fait ſemblables à celles de la precedente, excepté ſeulement que ces feuilles ſont bien plus étroites, & toutes accompagnées à leur baſe de deux productions ſemblables aux feuilles du Romarin, l'une tournant ſa pointe en haut, & l'autre vers la racine.

On en trouve aſſez frequemment dans la meſme iſle de Saint Domingue.

Autre Fougere à feuilles tres longues, étroites, & refeuillées. Deſcript. Plant. Americ. Plance XIX. 12.

Lonchite à feuilles longues, étroites, & refeuillées à la baſe. Inſtit. R. Herb. 539. & Cat. Plant. Americ. 12.

Plante à feuille de Fougere, ou Phillite rameuſe de l'Amerique, à double forme. Pluk. Almag. Botan. 154.

TABULA LXX.

Lonchitis altera longiſſimis, anguſtis, & ad baſim folioſis foliis.

HÆc Lonchitidis ſpecies, tum facie, tum magnitudine, tum radice præcedenti omnino ſimilis excreſcit, ab illa in hoc tantum diſcrepans, quod folia ejus multo anguſtiora, duabuſque apophyſibus Roriſmarini vulgaris foliis perquam ſimilibus, ac ſurſum deorſumque ſpectantibus, ad ipſam baſim ſtipata.

In eadem inſula Sandominicana etiam frequentiſſime reperitur.

Filix altera longiſſimis, anguſtis, & ad baſim folioſis foliis. *Deſcript. Plant. Americ. Tab. XIX. 12.*

Lonchitis longis, anguſtis, & ad baſim folioſis foliis. *Inſtit. R. Herb. 539. & Catal. Plant. Americ. 12.*

Filici folia, ſeu Phyllitis ramoſa Americana biformis. *Pluk. Almag. Botan. 154.*

PLANCHE LXXI.

Lonchite à feuilles en Cœur.

LA racine de cette Lonchite eſt un aſſemblage de quantité de petites fibres noires, & menuës comme cheveux; elle produit environ cinq à ſix coſtes aſſez minces, hautes d'environ un pied, & garnies en toute

TABULA LXXI.

Lonchitis folio Cordato.

HUjus Lonchitidis radix tota è filamentis exiguis, capillaceis & nigris conſtituitur; quinas aut ſenas proferens coſtulas, tenues & pedales, quibus ab ipſa fere radice ad ſummitatem uſque

folia annectuntur oppoſita, ſatiſque ſibi propinqua.

Singula cordis obtuſi effigiem imitantur, ſimplici ductu unduloſo nec dentato contentam: majora pollicem ſunt ampla, ſingula demum poſterius rugulis exarantur, nigriſque tuberculis pulverulentis, bina ſerie adpoſitis inſtruuntur.

Quod autem magis in hac ſpectandum ſe præbet, videre eſt in coſtulis ac foliis ipſis adhærentibus, recens natis, quod ſcilicet elegantiſſimo coccineo rubore perfundantur omnino, quo tandem paulatim per maturitatem evaneſcente, ad ſaturam viriditatem & eximie ſplendentem mutantur.

In ſylva quadam plagæ Meridionalis inſulæ Sandominicanæ Plantam obſervavi.

Lonchitis & Trichomanes folio cordiformi. *Catal. Plant. Americ. 12. 13. & Inſt. R. Herb. 539. 540.*

leur longueur de feuilles oppoſées & arrangées aſſez prés les unes des autres.

Chaque feuille a preſque la forme d'un cœur émouſſé, ondé legerement tout au tour, & ſans aucune dentelure: les plus grandes ont environ un pouce, & toutes ont le dos ſillonné & chargé de quelques tubercules noirs, poudreux, & rangez en deux files.

Ce qu'il y a de plus remarquable en cette plante eſt de voir que ſes coſtes avec toutes ſes feuilles cruës nouvellement paroiſſent toutes d'un rouge écarlate, qui venant enſuite à changer & à s'évanoüir peu à peu, prennent d'une maniere ſurprenante une couleur d'un vert foncé & luiſant à merveilles.

Je trouvay cette Plante dans une foreſt de la Bande du Sud, dans l'iſle Saint Domingue.

Lonchite & Politric à feuilles en forme de cœur. Catal. Plant. Americ. 12. 13. & Inſt. R. Herb. 539. 540.

TABULA LXXII.

Lonchitis folio triangulari.

CApillamenta plurima tenuiſſima & nigricantia pro radice habet hæc Lonchitis; unde ſex aut ſeptem elevantur coſtæ pedem circiter altæ, unciam craſſæ, ac omnino leviter è ruffo villoſæ.

Singulæ per totam longitudinem foliis alantur oppoſitis adeoque vicinis ut inferius folium ſuperiori folio ſemper incumbat: quæ quidem brevia inſunt, ſed baſi latiore pollentia, in ſummitate acuminata, ac falculæ triangularis, & per totum circuitum denticulis acutis inciſæ formam referentia.

Majora pollicis amplitudinem obtinent, ſingula anterius è fuſco vireſcunt, riguliſque inſculpuntur exiguis, at poſterius villoſitate quadam tenuiſſima, & ruffeſcente induuntur, ac tandem verrucis nigris & duplici ſerie ordinatis inſtruuntur.

Per ſylvas inſulæ Sandominicanæ Plantam adinveni.

Trichomanes folio triangulari crenato. *Catal. Plant. Americ. 13. & Inſt. R. Herb. 540.*

PLANCHE LXXII.

Lonchite à feuilles triangulaires.

LA racine de cette Lonchite n'eſt qu'une touffe de pluſieurs fibres tres menuës & noires; elle produit ſix à ſept coſtes, longues d'environ un pied, épaiſſes de prés d'une ligne, & toutes couvertes d'un petit poil rouſſaſtre.

Toute la longueur de ces coſtes eſt garnie de feuilles oppoſées, & ſi proches les unes des autres que l'inferieure paroiſt toûjours appuyée ſur la ſuperieure: elles ſont toutes aſſez courtes, mais larges à leur baſe, beaucoup terminées en pointe, & faites en maniere d'une petite faucille triangulaire, & toute entaillée d'une dentelure pointuë.

Les plus grandes de ces feuilles n'ont tout au plus qu'un pouce d'étenduë, elles ſont toutes d'un vert brun, ridées en devant, & le dos velouté de roux, & chargé d'une double rangée de verruës poudreuſes & noires.

Je trouvay cette Plante dans les foreſts de de l'iſle Saint Domingue.

Politric à feuilles triangulaires & dentelées. Catal. Plant. Americ. 13. & Inſt. R. Herb. 540.

PLANCHE C.

Lonchite radiée, & du meſme air du Politric.
Inſtit. R. Herb. 539.

CEtte Plante a pour racines pluſieurs fibres noires, branchuës, éparſes dans la terre, & toutes aboutiſſantes à une petite teſte, compoſée des reſtes des vieux pediculs. De cette meſme teſte il en ſort auſſi pluſieurs pedicules aſſez déliez, noirs & luiſans comme de l'Ebene polie, d'environ demi pied de hauteur, & terminez chacun par une feuille ſemblable à une petite roſette ou couronne, découpée en cinq ou ſix parties rondes & legerement dentelées.

Du centre de cette roſette, on voit ſortir ſix ou ſept coſtes extrémement déliées, noires, mais d'inégale longueur, & toutes étenduës en rond comme les rais d'un paraſol, ou comme les pedicules des fleurs du Fenoüil : les plus longues ont environ ſix à ſept pouces, & les plus courtes deux & demi. Toutes ces coſtes ſont garnies de part & d'autre de feuilles ou alternes, ou oppoſées, mais toutes rangées ſi proche les unes des autres que le lobe de la feuille inferieure couvre toûjours la baſe de la ſuperieure : la figure de chaque feuille approche d'un demi cœur émouſſé d'environ cinq lignes de long, ſur prés de trois lignes de large ; leur couleur eſt d'un vert aſſez gay, leurs bords ſont comme creſpus & legerement crenelez par de petites découpures griſaſtres & renverſées ſur le dos, où elles couvrent de veſicules extrémement menuës, de meſme que nous voyons dans nos Capilaires, auſquels cette Plante a aſſez de rapport par la grande délicateſſe de ſes feuilles.

Je n'ay trouvé cette Plante qu'à la Martinique, & meſme rarement.

C'eſt le *Politric* du R. Pere du Tertre Hiſt. des Antil. Trait. III. Chap. I. Tom. II.

C'eſt auſſi *le grand Capilaire noir non branchu, dont les jets ſortent du bout d'une queuë commune comme de quelque centre, & ſont rangées comme les rayons d'une étoile.* Sloane, Cat. Plant. Jamaïc. 22.

Capilaire branchu, radié Deſcrip. des Plant. de l'Ameriq. 33. Planche XLIX.

TABULA C.

Lonchitis radiata, Polytrichi facie.
Inſtit. R. Herb. 539.

Fibræ quam plurimæ nigræ, ramoſæ, intra terram multum diffuſæ, & in caput quoddam è pediculorum reliquiis ſtructum coeuntes, hujuſce Lonchitidis radicem conſtituunt : ex ipſo autem capite jam dicto plurimi producuntur pediculi ſatis tenues, nigri, & ut Ebenus politus ſplendentes, ſemipedalis altitudinis, & foliolum in ſummo deferentes roſulæ aut coronulæ inſtar in quaſdam partes rotundas & levi ſerratura dentatas diſſectum.

Ex hujus coronulæ centro ſex aut ſeptem procedunt coſtulæ, in orbem ceu umbraculi cujuſdam radii aut fœniculaceæ umbellæ pediculi, extenſæ, quarum longiores ſemipedales circiter ſunt, breviores vero tripollicares : utriſque folia utrinque inhærent aut alterna aut oppoſita, tantaque vicinitate adpoſita, ut lobus inferioris baſim ſuperioris occultet ; ſingulis forma ineſt dimidiati cordis obtuſi, quinque uncias circiter longi, tres vero uncias ut plurimum lati : virore gratiſſimo etiam decorantur, crenuliſque criſpantur fuceſcentibus, retro complicatis ac ſub plicatura veſiculas minutiſſimas contegentibus ut in Adianto noſtro vulgari, cujus folia, hæc ſua tenuitate ſatis æmulantur.

Raro mihi occurrit hæc Planta in ſola inſula Martinicana.

Trichomanes, ſeu Polytrichum. *Terterii Hiſt. Antil. Tract. III. Cap. I. Tom. II.*

Adiantum nigrum majus non ramoſum, ſurculis è pediculi communis ſummitate, tamquam è centro prodeuntibus, & ſtellæ in modum radiatis. *Sloane, Catalog. Plant. Jamaïc. 22.*

Adiantum ramoſum, radiatum. *Deſcrip. Plant. Amer. 33. Tab. XLIX.*

Trichomanes Americanum radiatum. *Elem. Botan. 431.*

Adiantum Jamaïcenſe, pinnulis auriculatis, ramoſum, quinis ramulis ex eodem cauliculi puncto expanſis, ornatum. *Pluk. Almag. Bot. 11. & phytog. Tab. 253. fig. 3.*

Politric radié de l'Amerique. Element. Botan. 431.

Capilaire de la Jamaïque, branchu, à pinnules oreillées, & orné de cinq rameaux ſortans d'un meſme point de la tige. Pluken. Almag. Bot. 11. & phytog. Tab. 253. fig. 3.

TABULA LXXIII.

Trichomanes pendulum, ſerici villoſi inſtar molle.

RAdicem exilem, longam, ramoſam, villoſam, innumeriſque fibrillis, quibus ſe ad arborum truncos affigit, ſtipatam agit hæc amæniſſima Planta; è qua radice petioli tantæ tenuitatis naſcuntur, ut præ foliorum quibus onuſtantur pondere ſeſe erigere invalidi, dependere cogantur, atque truncis arborum ſeſe applicare.

Illi autem petioli aut ſimplices inſunt, aut ſtatim ab ipſa radice ramoſi, ſinguli pedalem fere habent longitudinem, per quam foliis hinc inde ornantur alternis, contiguis, pollicem non penitus longis ovato-acuminatis, in lingulas veluti digitatis, ac tandem villoſitate molli ſericea & Caſtanei coloris omnino indutis.

Semem Plantæ nuſquam potui obſervare, ipſam tamen Trichomanum familiæ adſcribendam cenſui propter ejus foliorum diſpoſitionem. Ipſam reperi in loco quodam quem Venatores noſtri Galli inſulæ Sandominicanæ Savanam ſeu pratum Filicis adpellant, ſecus iter cum à ſinubus Petri tenditur ad Leoganam per Maximum Sinum ejuſdem inſulæ.

PLANCHE LXXIII.

Politric pendant & velouté.

CEtte belle Plante pouſſe une racine fort menuë, longue, rameuſe, veluë, & accompagnée d'un nombre de petites fibres, à l'aide deſquelles elle s'attache aux troncs des arbres, & d'où naiſſent dans toute ſa longueur de brins ſi menus & ſi foibles, que ne pouvant ſupporter le poids des feuilles qu'ils ſouſtiennent, ils ſont obligez de ſe courber, & de s'appuyer contre le tronc des arbres.

Tous ces brins ſont ou ſimples ou rameux dés leur origine vers la racine, & ils ont environ un pied dans toute leur longueur, qu'on voit garnie d'un coſté & d'autre de pluſieurs feuilles alternes, preſque contiguës, ovales-pointuës, longues de prés d'un pouce, & toutes découpées au tour par de petites languettes: ces feuilles enfin ſont entierement couvertes d'un petit poil tanné & auſſi fin que de la ſoye.

Je n'ay jamais peu obſerver la ſemence de cette plante, je l'ay pourtant inſerée dans le genre des Politrics à cauſe de l'arrangement de ſes fuilles. Je la trouvay dans un endroit que les Boucaniers de l'iſle Saint Domingue appellent la Savane de la Fougere, en venant des Anſes à Pitre à Leogane par le Grand Cul-de-ſac de la meſme iſle.

TABULA LXXIV.

Trichomanes crenulis ſeu denticulis bifidis inciſum.

RAdicem ſortitur hoc Trichomanes plurimis fibris conſtantem duris, nigris, filo craſſiori paribus, undoſis, &

PLANCHE LXXIV.

Politric crenelé par des dentelures fenduës.

CE Politric a ſa racine compoſée de pluſieurs fibres dures, noires, épaiſſes comme du gros fil, ondoyantes & cheveluës: la

la teſte n'eſt proprement qu'un amas de pluſieurs reſtes de coſtes pourries, parmi leſquelles on voit ſortir dix ou douze coſtes menuës, longues d'environ un pied, terminées par une feuille pointuë, & garnies dans la plus grande partie de leur longueur de feuilles alternes, preſque ovales, & dont les plus grandes ont environ un pouce de longueur, ſur environ demi pouce de large.

Toutes ces feuilles ont le contour entaillé par une crenelure ronde, un peu fenduë à ſa ſommité ; leur ſurface eſt unie, d'un vert foncé, & leur dos ſillonné & chargé d'un double rang de quelque maniere de vermiſſeaux tannez, poudreux, & couchez tant ſoit peu de biais à chaque coſté de la nervure qui traverſe la feuille.

Je trouvay cette Plante dans l'iſle Saint Domingue.

capillatis : ex ejus autem capite plurium coſtarum putrefactarum reliquiis compacto decem aut duodecim eriguntur coſtæ exiles fere pedales, in acutiſſimum folium deſinentes, ac circa majorem altitudinis partem foliis ſeu pinnulis aliis alternis, ſubrotundis aut ovatis, & fere pollicem longis alatæ.

Ipſarum totus ambitus denticulis inciditur in ſummitate obtuſis & bifidis ; facies omnino lævigatur, pulchroque virore niteſcit, dorſum vero ſulculis totum exaratur, duplicique veluti vermiculorum pulvereſcentium, caſtaneorum, & oblique jacentium oneratur.

Plantam reperi apud inſulam Sandominicanam.

PLANCHE LXXV.

Politric argenté, bordé de noir.

LA racine de ce Politric eſt longue comme le doigt, groſſe comme une plume à écrire, noiraſtre, & garnie de quantité de fibres noires & cheveluës, & pouſſe pluſieurs coſtes menuës, noires, & toutes veloutées d'un petit poil ras & noiraſtre.

Toutes ces coſtes naiſſent de differentes longueurs, les unes ayant à peu prés un pied, & les autres ſix à ſept pouces : elles ſont toutes garnies depuis le tiers de leur hauteur juſques à leur extrémité de pluſieurs pinnules alternes, contiguës preſque les unes aux autres, longues & larges de quatre à cinq lignes, & toutes émouſſées à la pointe : leur contour paroiſt legerement ondé par quelques denticules rondes ; elles ont le deſſus uni, d'un vert luiſant, & le deſſous tout ſillonné, bordé d'un petit cordonnet noir & poudreux, & tout couvert outre cela d'une maniere de petite farine tres blanche, argentée, & entremeſlée d'une autre pouſſiere dorée.

Cette Plante croiſt dans toute ſorte de terre ſeche ou humide, dans les foreſts & ſur les rochers meſme : j'en ay trouvé en pluſieurs lieux de l'iſle Saint Domingue.

TABULA LXXV.

Trichomanes argenteum, ad oras nigrum.

E Radice fere digitum longa, pennam anſerinam craſſa, nigricante, nigriſque ac capillatis fibris ſtipatâ, plurimæ exoriuntur coſtulæ exiles, nigræ, & pilis breviſſimis ac ruffeſcentibus villoſæ.

Varias ſortiuntur altitudines illæ omnes coſtulæ, aliæ ſcilicet pedalem, aliæ vero ſexpollicarem : ſingulæ à tertia altitudinis parte ad ſummitatem uſque pinnulas obtinent alternas, fere contiguas, quinque uncias circiter longas ac latas, in cacumine obtuſas, & in toto circuitu crenis rotundis, undoſas : ipſarum facies lævis eſt & amæno virore reſplendens, dorſum vero rugulis liratur, limbulo nigro pulvereſcente præcingitur, & inſuper farinula albiſſima aureoque pulvere intermixta penitus obductum niteſcit.

Variis locis provenit hæc Planta, tam ſiccis, quam humidis, tam ſylvoſis quam ſaxoſis : variis etiam reperitur locis apud inſulam Sandominicanam.

TABULA CI. *Fig. C.*

Trichomanes latifolium, dentatum. *Inſtit. R. Herb. 540.*

Fibras quamplurimas exiles, undoſas & capillatas pro radice habet hæc Trichomanis ſpecies; ex ipſius autem radicis capite plurimi prorumpunt pediculi, ſed inæquales, juniores namque medium cætum occupantes, ſemipedales fere ſunt, cum antiquiores & circum juniores naſcentes vix fiant tripollicares, utrique exiles ſunt & læves, nigricantes, & in folium trifidum deſinentes, ac tandem novem aut decem foliorum conjugationes per totam longitudinem deferentes : quæ quidem folia ſortem pediculorum ſequuntur, grandioribus etenim pediculis aſſidentia novem aut decem uncias ſunt longa, & quinque aut ſex uncias lata; minoribus vero pediculis inſiſtentia quatuor circiter uncias fiunt ampla : omnibus forma fere ineſſet ovata ni baſis anguſtia prohiberet : ſingula membranacea ſunt, verſus extremam oram dentata, anterius læviſſima ac lætiſſime virentia, poſterius vero ſaturiori virore, verruculiſque quibuſdam veluti vermicularibus pulvereſcentibus & bæticis, (majora ſcilicet) inſignita.

Ut plurimum ſaxoſis lætatur locis hæc Planta, ex ipſis etiam ſaxorum rimis enaſcens, ipſorumque pro majori aut humiditate, aut ſiccitate amplior, aut humilior evadens : plurima reperitur apud inſulam quam vulgo La Tortuë *dicunt, borealem Portus Pacis regionem inſulæ Sandominicanæ reſpicientem.*

Polytrichum ſaxatile dentatum. *Deſcript. Plant. Americ. 35. Tab. L. fig. C.*

Trichomanes foliolis dentatis ſuperiore latere auriculatis. *Sloane Cat. Plant. Jamaïc. 17.* Adianthum Maritimum ſegmentis anguſtioribus. *Pluk. Almag. Botan. 9. & Phytogr. Tab. 124. fig. 5.* Adianthum, ſeu Filix Trichomanoides Jamaïcenſis pinnulis auriculatis, ad baſim ſtrictioribus, & ra-

PLANCHE CI. Fig. C.

Politric à larges feüilles, dentelées. Inſt. Botan. 540.

CEtte Plante a pour racine pluſieurs petites fibres ondées & cheveluës ; elle pouſſe quelques pedicules de differentes grandeurs, car les plus jeunes qui naiſſent dans le milieu de la troupe ont environ demi pied de longueur, les plus vieux, ou ceux d'alentour n'ayant pas tout à fait trois pouces : ils ſont tous fort déliez, unis, noiraſtres, & terminez par une feuille fenduë en trefle, & portent de chaque coſté dans toute leur longueur neuf ou dix paires de feuilles grandes ou petites, à proportion qu'ils ſont grands ou petits ; celles des plus grands ont environ neuf à dix lignes de longueur, ſur cinq à ſix lignes de large, au lieu que celles des plus petits n'en ont environ que trois ou quatre : les unes & les autres ſeroient preſque de figure ovale ſi leur baſe n'eſtoit point retrecie ; elles ſont auſſi toutes membraneuſes, dentelées vers l'extremité, fort unies, & d'un tres beau vert par devant, mais bien plus foncé par derriere, où dans la pluſpart des plus grandes, on voit quelques formes de vermiſſeaux d'une pouſſiere menuë & tannée.

Cette Plante devient ou plus grande, ou plus petite, ſelon la qualité du lieu où elle prend naiſſance, & ſelon que les rochers où on la trouve ordinairement ſont ou plus ſecs, ou plus humides : elle croiſt en pluſieurs endroits de l'iſle dite *La Tortuë*, ſituée au Nord du Port de Paix de l'iſle Saint Domingue.

C'eſt le *Politric de roche, dentelé.* Deſcr. des Plantes de l'Amerique 35. Planche L. fig. C.

Le *Politric à petites feuilles dentelées, & oreillées au coſté d'en haut*, du Sr Sloane Catal. Plant. Jamaïq. 17. Le *Capilaire Maritime à découpures plus eſtroites* de Pluk. Almag. Bot. 9. & Phytogr. Tab. 124. fig. 5. & la *Grande eſpece de Capilaire ou Fougere de la Jamaïque, approchant du Politric, à pinnules oreillées, plus*

eſtroites à la baſe, & moins dentelée, du meſme Almag. Botan. 9. & Phytogr. Tab. 253. fig. 5. ne ſont pas la meſme Plante que celle que je viens de décrire, ce ſont pluſtoſt des eſpeces de Lonchite, comme on peut voir par les figures de Plukenet.

rius dentatis major. *Ejuſdem Pluk. Almag. Botan. 9. & Phytogr. Tab. 253. fig. 5. diverſæ ſunt Plantæ à ſuperius deſcripta, aſt potius Lonchitidis ſunt ſpecies, ut icones Pluken. conſideranti melius patebit.*

PLANCHE LXXVI.

Grand Polipode doré.

CE Polipode a la racine groſſe environ d'un pouce, & longue bien ſouvent d'un pied, ronde, noüeuſe, rameuſe, charnuë, verdaſtre en dedans, d'un gouſt aſtringent, & toute couverte de petites écailles dorées.

De cette racine il en ſort quelques feuilles d'environ un pied de longueur, ſur environ demi pied de large, laciniées profondément de meſme que noſtre Polipode commun, en pluſieurs parties de la largeur d'un pouce, & pointuës à l'extrémité : toutes ces feuilles ſont membraneuſes, unies, & d'un vert aſſez agreable; leurs pedicules ſont noirs, unis, & luiſants comme de l'Ebene polie, & forment en s'allongeant juſques au bout de la feuille ſa principale nervure, qui en diſtribuë une tout le long de chaque partie, dont le dos eſt chargé d'un double rang de verruës poudreuſes & dorées.

Cette plante eſt aſſez commune dans toutes les iſles de l'Amerique; on la trouve parculierement ſur les pieds des vieux arbres. Le *Caticaa ou Polipode* de G. Piſon liv. 4. Hiſt. natur. & med. ch. 54. 233. Edit. 1658. en approche fort ſi ce n'eſt pas le meſme, & cet Auteur aſſeure qu'il a beaucoup plus de vertu que le Polipode commun d'Europe, qu'il eſt inciſif, propre pour déboucher les obſtructions, & tres efficace pour purger la bile par les ſelles.

Fougere des Indes au port du Polipode, de Mentzelius rarior Plant. Pugil. Tab. 10.

Polipode fort élevé, de Sloane Cat. Plant. Jamaïc. 15.

Cet Auteur croit que la *Grande Fougere d'Afrique au port du Polipode* de Plukenet Almag. Botan. 153. & Phytogr. Tab. 179. fig. 1. eſt la meſme que celle dont je traitte, mais la racine fibrée, & les pedicules aiſlez

TABULA LXXVI.

Polypodium majus aureum.

RAdicem habet hoc Polypodium pollicem circiter craſſam, interdum pedem longam, teretem, nodoſam, ramoſam, intus carnoſam, virentem, & adſtringentem, deforis vero totam ſquamulis aureis obductam.

Ex ea quædam elevantur folia interdum pedem circiter longa, & fere ſemipedem lata, atque in amplas lacinias, ſeu partes diſſecta fere ſemipollicem latas, & in ſummitate acuminatas : ſingula autem folia membranacea ſunt, glabra & lætiſſime virentia, pediculoque pollent Ebeni elaborati inſtar nigro, lævi & ſplendente; cujus productio uſque ad ipſam folii ſummitatem ipſius nervum primarium efformat, unde alii nervuli ſinguli ad ſingulas deducuntur lacinias, gemina tuberculorum pulvereſcentium & aureorum ſerie poſterius onuſtatas.

Satis frequenter reperitur hæc Planta apud inſulas Americanas, circa vetuſtarum arborum caudices potiſſimum naſcens. Caticaa ſeu Polipodium *G. Piſonis lib. 4. Hiſt. natur. & med. cap. 54. 233. Edit. 1658. ipſi maxime accedit, niſi forte ſit ipſiſſima Planta; cujus vis ut aſſerit idem Piſo facile Europæum dignitate ſuperat, atque validum remedium eſt deobſtruens & incidens, bilemque abſtergendo purgans per alvum.*

Filix Indica Polypodii facie. *Mentz. rarior Plant. Pugil. Tab. 10.*

Polypodium altiſſimum. *Sloane, Catal. Plant. Jamaïc. 15.*

Exiſtimat autem ipſe Clariſſ. Sloane Filicem Africanam maximam Polypodii facie *Pluk. Almag. Bot. 153. & Phytogr. Tab. 179. fig. 1. eamdem eſſe Plantam ac Polypodium de quo in pra-*

ſenti, aſt radix fibrata, pediculique alati Plantæ Pluknetianæ fidem omnino non adſtruunt.

de la Plante qu'on voit dans Plukenet me font là-deſſus former quelque doute.

TABULA LXXVII.

Polypodium radice tenui, & repente.

RAdicem nanciſcitur hoc Polypodium duas fere uncias craſſam, teretem, nodoſam, longe lateque, aut ſuper ſaxa, aut ſuper vetuſtarum arborum caudices perreptantem, nigricante pulviſculo reſperſam, ac tandem ad ſingulos nodos ſeu geniculos fibris plurimis tenuiſſimis comatam.

Ex ea autem plurima exoriuntur folia magnitudinem, conſiſtentiam, ac formam foliorum Polypodii noſtratis fere imitantia, aſt prona parte ſquamulis & polline quodam aureis ut in aſplenio noſtrate penitus obducta, geminaque verrucularum ex auro nigricantium ſerie inſignita.

Plantam in inſula Sandominicana ſæpius adinveni.

Et eſt Polypodium minus pinnulis raris, ſubtus cineris *Sloane Cat. Plant. Jamaïc. 16:*

CEtte Langue de Cerf produit une racine charnuë & noüeuſe de meſme que celle du Polipode, groſſe comme le bras, tres blanche en dedans, noire en dehors, & toute cheveluë : elle pouſſe ordinairement ſix à ſept coſtes de couleur brune aſſez morne, groſſes comme le doigt, hautes de cinq à ſix pieds, & garnies depuis vers le milieu juſques au bout de pluſieurs feuilles alternes, excepté celle qui les termine.

TABULA CVII.

Lingua Cervina, aſpera & undulosa.

RAdicem habet hæc Lingua Cervina, Polypodii radicis inſtar nodoſam, atque etiam carnoſam, ſed brachium fere craſſam, intus candidiſſimam, deforis vero nigricantem, fibrillarumque capillitio adornatam : ſenæ aut ſeptenæ ex ea oriuntur coſtæ triſti luriditate ſquallidæ, digitum fere craſſæ, quinque aut ſex pedes altæ, atque à medio ſurſum foliis alternis inſtructæ, unico tamen ſummitatem ipſam terminante.

Pedalem obtinent ſingula longitudinem bipollicaremque per totam latitudinem, ſummitatem ſi excipias, in acutum cuſpidem deſinentem: toto ambitu leviter ſinuata ſunt ſeu undulata, membranacea, ſed fragilia, tactu aſpera ſeu ſcabra, ſcabritiem nervulis efficientibus per totam ſuperficiem diffuſis: nervus etenim primarius ſeu longitudinalis nervulos plurimos hinc inde ad latera diſpergit, aliis plurimis tranſverſariis & veluti effractis connexos: tranſverſariorum autem intercapedines membranulæ candicantes prius obtegunt, quæ veſicularum incremento, tandem diſceſdentes tumulos oſtentant pulverulentos, ſeu minutiſſimâ & ferrugineâ farinulâ conflatos.

Plantam reperi apud Inſulam Martinicanam, ſecus fluviolum regionis, vulgo Le Preſcheur *nuncupatæ.*

Chaque feuille a environ un pied de longueur, ſur deux pouces de large, preſque en toute ſon étenduë, excepté vers le bout qui finit par une pointe un peu longue: tout le contour eſt ſinué & ondé légerement, & ſa conſiſtence en eſt membraneuſe, fréle, & rude à manier à cauſe de la nervure qui couvre toute la ſurface: car la principale qui les traverſe en long en fournit pluſieurs autres de chaque coſté, jointes par d'autres traverſiéres, briſées & aſſez proches les unes des autres: les entredeux de ces derniéres nervures briſées ſont d'abord couverts d'une pellicule blanchaſtre, qui ſe perdant par l'accroiſſement des veſicules qu'elle couvre, fait voir tous ces eſpaces remplis d'un tas d'une pouſſiére ſemblable à de la farine roüillée.

J'ay trouvé cette Plante le long d'un ruiſſeau vers le quartier du Preſcheur, à la Martinique.

TABULA CVIII.

Lingua Cervina nodoſa, major.

RAdix hujuſce Linguæ Cervinæ ſatis craſſa eſt & denſa, tota nodis umbilicalibus duplicique ſerie cumulatim adpoſitis conſtans, fibriſque plurimis capillaceis & late hinc inde diffuſis ſtipata: ex ipſa quatuor aut quinque ſeſe extollunt coſtæ quadripedalis altitudinis, quadruncialis craſſitiei, imo ſcapo tamen craſſiori ac membranula acuminata circumveſtito: ſingulæ teretes quidem ſunt, anterius tamen canaliculo in longum ſulcatæ, ſatis per totum lævigatæ, at virore nigricante, ſquamuliſque veluti lutoſis omnino ſordeſcentes. Præterea à medio ad ſummum quibuſdam lamentibus veluti nodulis in interſtitia varia diſtinguntur, atque ad ſingulos nodos binis adornantur foliis oppoſitis, Linguæ Cervinæ vulgaris folia perquam æmulantibus etſi nervoſioribus acutioribuſque: ipſorum etiam totus circuitus unduloſus, longitudo fere pedalis, latitudo vero ſeſquipollicaris.

PLANCHE CVIII.

Grande Langue de Cerf, noüeuſe.

LA racine de cette Langue de Cerf eſt aſſez groſſe & ramaſſée, elle eſt proprement compoſée d'une double rangée de neuds, creuſez en nombril, & entaſſez pluſieurs les uns ſur les autres; outre ce elle eſt accompagnée de quantité de fibres cheveluës & éparſes de coſté & d'autre: elle pouſſe vers ſon extrémité quatre à cinq coſtes, longues d'environ quatre pieds, de la groſſeur de quatre à cinq lignes, renforcées prés de la racine, & reveſtuës en ce meſme endroit d'une petite membrane pointuë: ces meſmes coſtes ſont rondes, canelées ſur le devant, aſſez bien unies, mais d'un vert brun, & parſemées de pluſieurs écailles noiraſtres, qui leur donnent un aſpect tres vilain: depuis prés du milieu en montant elles ſont auſſi renforcées d'eſpace en eſpace par quelques tumeurs qui les rendent comme noüeuſes, & produiſent à chacune de ces tumeurs deux feuilles oppoſées, preſque de meſme conſiſtence & figure que nos Langues de Cerf communes; il eſt vray qu'elles ſont un peu plus nerveuſes, & plus pointuës, ondées tout à l'entour, & longues de dix à douze pouces, ſur un pouce & demi de large.

Aucune de ces feuilles ne porte jamais de ſemence ; on voit naiſtre de la meſme racine une coſte particuliére beaucoup plus menuë & plus baſſe que toutes les autres, & garnie auſſi de feuilles plus courtes & plus étroites, mais toutes couvertes ſur le dos d'une infinité de petites véſicules tres noires.

Cette Plante croiſt particuliérement dans les foreſts humides ou le long des ruiſſeaux : j'en trouvay quantité ſur le Morne Rouge du quartier du Fort Saint Pierre à la Martinique, & vers le quartier du Port de Paix dans l'iſle Saint Domingue.

Grande Fougére noüeuſe. Deſcription des Plantes de l'Amérique 4. Planche 6.

Infæcunda naſcuntur & permanent hæc omnia folia : ex eadem autem radice coſtula peculiaris exoritur cæteris, tum tenuior, tum humilior, foliiſque inſtructa etiam anguſtioribus & brevioribus, aſt in tota averſa parte pulviſculo, ſeu potius veſiculis nigerrimis, incruſtatis.

Rivulos ſylvaſque humidas & umbroſas potiſſimum amat hæc Planta : ipſam plurimam reperi, tum apud Inſulam Martinicanam in loco illo Le Morne Rouge *nuncupato, Arcique D. Petri vicino, juxta etiam Portus Pacis regionem in Inſula Sandominicana.*

Filix latifolia, nodoſa. *Deſcript. Plant. Americ. 4. Tabula 6.*

PLANCHE CIX.

Petite Langue de Cerf noüeuſe.

LA racine de cette Langue de Cerf a quelque rapport avec celle de noſtre Nenuphar ou Lys d'Eſtang ordinaire : car elle eſt fort épaiſſe, aſſez longue, charnuë, tendre, ſuculente, & toute boſſelée par les reſtes des vieilles coſtes. Elle eſt entiérement paſle en dedans, noire en dehors, ſans aucun gouſt conſidérable, & toute garnie de quantité de fibres, ſemblables à de petites cordes.

Sa teſte ne produit tout au plus que trois à quatre coſtes un peu enflées, & accompagnées de deux petites aiſles au commencement : leur groſſeur ordinaire eſt de deux à trois lignes, & leur hauteur d'environ trois pieds ; elles ont le dos arrondi, & le devant un peu applati & ſillonné par une ſeule fente : preſque la moitié de leur hauteur en montant paroiſt aiſlée par deux petits feuillets membraneux en maniére des pennes d'une fléche ; elles ſont renforcées preſque en toute leur longueur d'eſpace en eſpace par quelques neuds, à chacun deſquels on voit une paire de feuilles d'environ quatre pouces de long, & de neuf ou dix lignes de large, pointuës, & dentelées au bout, rondes du coſté de la baſe, ondées légérement tout au tour, & toutes rayées à chaque coſté par pluſieurs lignes ou doubles ou ſimples : leur couleur ordinaire eſt d'un vert foncé un peu morne ; elles ſe deſar-

TABULA CIX.

Lingua Cervina nodoſa, minor.

NYmphæanam radicem maxime æmulatur hujus linguæ Cervinæ radix ; craſſa etenim eſt, longa, carnoſa, tenera, ſuccoſa, totaque prominentibus coſtarum putrefactarum reliquiis ſcabrefacta, intus liveſcens, nulloque ſapore conſpicua, deforis vero nigricans, longiſſimiſque, ac veluti funicularibus fibris ſtipata.

Coſtæ ternæ aut quaternæ ut plurimum ex ejus capite promanant ad imum tumeſcentes, biniſque membranulis alatæ; dein triuncialem craſſitiem & tripedalem altitudinem obtinentes, dorſo penitus convexæ, facie vero pauliſper complanatæ & canaliculatæ : dimidia ipſarum altitudo inſtar ſagittarum membranulis binis foliaceis pennatur, tota vero nodulis tumentibus diſcernitur ad quorum ſingulos folia bina annectuntur quatuor pollices circiter longa, novem aut decem uncias lata, in acumen dentatum deſinentia, ad baſim vero rotundata, toto circuitu leviter undulata, tandem ad utramque ſuperficiem lineolis aut geminis aut ſimplicibus exarata : ſature ſed triſte quid virent ; facile dum deſiccan-

tur coſtas ſuas relinquunt nulloque ſemine prægnantia uſquam conſpiciuntur. Alia ſunt etenim ejuſdem plantæ folia ſuperioribus equidem conformia, ſed multo minora, ſingulari coſtæ è medio radicis capite exorienti adnata, & ſemen ipſum deferentia : quorum adverſa ſuperficies prius lineolis tranſverſis & parallellis inſculpta in totidem deinde areolas diſpertitur innumeris minutiſſimis & nigricantibus veſiculis inſtratas : diſcendentibus autem veſiculis illis, tota illa ſuperficies gemino foſſularum ordine remanet tandem impreſſa.

Plurima naſcitur hæc Planta, in vertice Montis de la Calebaſſe, *apud Inſulam Martinicanam.*

ticulent tres aiſément en ſéchant, & ne portent jamais de ſémence. Les feuilles qui la produiſent ſont véritablement de meſme figure, excepté qu'elles ſont beaucoup plus petites & attachées ſur une coſte qui naiſt immédiatement à l'extrémité de la racine : le dos de ces derniéres feuilles paroiſt d'abord tout ſillonné en travers par quantité de petites lignes parallelles, qui venant peu à peu à ſe dilater forment tout au tant de petites aires couvertes d'uné infinité de petites véſicules noiraſtres, aprés la cheute deſquelles, les feuilles reſtent ciſelées par deux rangs de petites foſſettes oblongues.

Cette Plante croiſt abondamment ſur le Morne de la Calebaſſe, à la Martinique.

TABULA CX.

Lingua Cervina, nigris tuberculis pulverulenta.

TOta hujuſce Linguæ Cervinæ radix è fibris congeritur capillaceis, nigris, ramoſis, late intra terram ipſam diffuſis, atque è capite ſuo producentibus coſtas quadripedalis altitudinis & triuncialis craſſitiei, nigredine lævisſima ſplendidas, dorſo convexas, facie vero pauliſper ſulcatas.

Singularum ſummitati folium ſupereminet ſingulare ; lateribus vero folia alia aſſident novem aut decem pollices longa, ſeſquipollicem lata, alterno fere ſitu oppoſita, per totum ambitum crenulis rotundis leviter undulata, in ſummitate tandem multum acuminata : ſubſtantia ipſorum membranacea eſt & firma, deſuper ſature virescens, ſubtus vero nervulo conſpicuo & nigricante ſuſtentata, unde nervuli alii plurimi & obliqui ad latus utrumque tendentes ; aliis nervulis arcuatis nectuntur, quibus areolæ formantur, tuberculum pulverulentum & nigrum ſingulæ capientes.

Copioſe reperitur hæc planta cùm ab Arce D. Petri Inſulæ Martinicanæ, ad Montem de la Calebaſſe *conſcenditur.*

PLANCHE CX.

Langue de Cerf, couverte de tubercules noirs.

CEtte Langue de Cerf a pour racines quantité de fibres menuës comme des cheveux, rameuſes, noires, & diſperſées de tout coſté dans la terre : de l'aſſemblage de toutes ces fibres s'élevent quelques coſtes, longues d'environ quatre pieds, & groſſes de deux à trois lignes, polies, luiſantes, noires, un peu canelées ſur le devant, & arrondies par derriére.

Chaque coſte eſt terminée par une feuille, & en produit d'autres tout le long de chaque coſté, longues de neuf à dix pouces, larges d'un pouce & demi, ſe regardans preſque alternativement l'une & l'autre : tout leur contour eſt comme ondé légérement par une crenelure ronde ; leur baſe eſt arrondie, & leur extrémité fort pointuë ; elles ſont fermes comme du vélin, d'un vert foncé en deſſus, & ſoûtenuës en deſſous par une groſſe nervûre noire, d'où ſortent obliquement de chaque coſté pluſieurs autres, & toutes jointes par d'autres qui ſont courbées en arc, & dont l'entredeux eſt preſque tout rempli d'une groſſe verruë poudreuſe, formée par quantité de petites veſſies noires.

Cette Plante croiſt en grande quantité, en montant du Fort Saint Pierre le Morne de la Calebaſſe à la Martinique. Le grand rapport

port qu'elle a avec celle que j'ay appellée, *Langue de Cerf, rude & ondée*, me faiſoit croire du commencement, que ce n'étoit qu'une meſme eſpece; mais les ayant enſuite bien examinées, je reconnus que c'étoient deux differentes eſpeces.

Grande Fougére non rameuſe, parſémée de verruës noires. Deſcription des Plantes de l'Amérique 6. Planche IX.

Ipſam eamdem cum Lingua Cervina aſpera & undulosa, *ſuperius jam deſcripta, ob maximam affinitatem dudum exiſtimaveram; aſt deinde attentius ac diligentius examinatas diverſas ſpecies eſſe agnovi.*

Filix latifolia non ramoſa nigris tuberculis pulverulenta. *Deſcript. Plant. Americ. 6. Tabula IX.*

PLANCHE CXI.

Langue de Cerf à crenelûres rondes.

CEtte Langue de Cerf pouſſe de ſa racine qui eſt extrémement touffuë, quelques coſtes d'environ trois pieds de hauteur, aſſez déliées, rondes, unies, & de couleur vert brun : l'extrémité de chaque coſte eſt terminée par une feuille, & toute leur longueur eſt garnie deçà & delà de quelques autres, non tout-à-fait oppoſées, mais preſque alternes, & toutes à peu prés ſemblables aux feuilles du Laurier, quoyque longues de huit à neuf pouces, larges de deux, crenelées tout au tour par une dentelure ronde, & de ſubſtance membraneuſe. Tout leur devant eſt aſſez uni, d'un vert morne, & leur dos, qui eſt traverſé de chaque coſté de la principale nervure de pluſieurs autres petites parallelles, ſemble beaucoup plus terni & chargé dans l'entredeux de toutes ces coſtes d'une double rangée de petites boſſettes poudreuſes & noires.

Je trouvay quelques pieds de cette eſpece le long des ruiſſeaux de Leogane & du Petit Goive, dans l'iſle Saint Domingue.

Grande Fougére à ſimples jets, & à crénelûres arrondies. Deſcription des Plantes de l'Amérique 7. Planche X.

Grande Fougére diviſée ſeulement en peu de pinnules, longues, larges, & crenelées. Sloane Catalogue des Plantes de la Jamaïque 18. Cet Auteur croit que cette Plante eſt la meſme que celle que Marcgrave appelle *Fougére*, ou peut eſtre *Polipode*. Liv. 1. chap. 2. pag. 2. & que Breyn. appelle auſſi, *Fougére du Bréſil, non rameuſe, à feuilles entiéres, & dentelées.* Centur. 1. pag. 186. Pour moy je

TABULA CXI.

Lingua Cervina rotundius crenata.

DEnſiſſima radice nonnullas coſtas producit hæc Lingua Cervina tres pedes circiter altas, ſatis tenues, teretes, & obſcure virentes: quarum ſingulæ in folium deſinunt ſingulare, atque utrinque foliis aliis inſtruuntur, non omnino oppoſitis, ſed fere alternis, & omnibus Laurina folia æmulantibus, etſi membranacea ſint, octo pollices longa, duos lata, ac in toto circuitu crenis rotundis dentata. Ipſorum antica ſuperficies tota lævis eſt, & quid triſte virens, poſtica vero obſoletior, coſtulis plurimis parallellis tota nervoſa eſt, ac inter coſtalibus tuberculis nigris pulverulentis, binaque ſerie adpoſitis onuſta.

Quaſdam hujus ſpeciei plantas reperi ſecus rivulos Leoganæ, & loci illius vulgo Le Petit Goive, *reperi apud Inſulam Sandominicanam.*

Filix latifolia, non ramoſa rotundius crenata. *Deſcript. Plant. Americ 7. Tab. X.*

Filix major in pinnas tantum diviſa, raras, oblongas, lataſque crenatas. *Sloane Catal. Plant. Jamaïc. 18. Exiſtimat Clariſſ. Sloane*, Filicem an Polypodium *Marcgr. Lib. 1. cap. 2. pag. 2. &* Filicem non ramoſam, foliis integris, ſerratis Braſilianam. *Breyn. Cent. 1. pag. 188. Specie conve-*

nire cum mea, crediderim potius diversas omnino ſpecies, cum Planta Marcgr. & Breyn. ſubtiliter ſerrata ſit, mea vero crenis amplis & rotundis dentata.

doute fort que ces Plantes ſoient une meſme eſpece, puiſque la Plante dont parle Marcgrave eſt dentelée tres délicatement, & que celle dont je traite a ſes dentelûres aſſez larges, & tout-à-fait arrondies.

TABULA CXII.

Lingua Cervina dentata, punctulis nigris notata.

TOta fibris longiſſimis, capillaceis, nigricantibus, ac confertim naſcentibus conſtruitur hujus Linguæ Cervinæ radix, è quarum communi adunatione duodecim circiter erumpunt coſtæ, quinque aut ſex pedes altæ, calami ſcriptorii craſſitie è bætico vireſcentes, glabræ, rotundæ, aſt ſulculo unico canaliculatæ.

Quælibet ipſarum per totam utriuſque lateris decurſum foliis adornatur alternis, non multum ab invicem diſſitis, ſemipedalis longitudinis, latitudinis pollicaris, quorum ſummitas acuminata, baſis vero ipſa rotundata, totus tandem circuitus denticulis acutis ſerratus: membrana conſtant firmiuſculâ, ad faciem glabra & virore ſaturo ſatis gratâ, ad dorſum vero dilutiori viriditate donata, tota leviter obliquè ſulcata, tuberculis bæticis, ac prope marginem adpoſitis onuſtata, & inſuper in omnium denticulorum areis puncto nigricante ceu calamo impreſſo inſignita.

Plantam reperi apud Inſulam Martinicanam in ſylvis quibuſdam uliginoſis & umbroſis, verſus illam regionem quæ vulgo, Le Grand Cul-de-Sac *nuncupatur.*

PLANCHE CXII.

Langue de Cerf dentelée, & marquée de petits points noirs.

LA racine de cette Langue de Cerf n'eſt qu'une groſſe touffe de pluſieurs fibres cheveluës & noires, qui pouſſent de leur teſte commune environ douze coſtes de la groſſeur d'une plume à écrire, hautes de cinq ou ſix pieds, unies, d'un vert-tanné, arrondies au dos, & creuſées ſur le devant par une ſeule canelûre.

Chaque coſte eſt garnie preſque en toute ſa longueur de feuilles alternes, fort peu diſtantes les unes des autres, longues d'environ demi pied, larges par tout d'un pouce, mais pointuës au bout, rondes à la baſe, & toutes entaillées dans tout leur contour par une dentelûre pointuë: leur conſiſtence eſt compoſée d'une membrane un peu ferme, dont le devant eſt uni, & d'un vert foncé, & le dos un peu plus clair, & tout rayé légérement par quantité de petits ſillons obliques; ce meſme dos eſt encore chargé tout proche le bord d'une rangée de verruës poudreuſes & tannées, & outre ce le champ de chaque dentelûre eſt marqué d'un petit point noir, comme imprimé avec une plume.

Je trouvay cette Plante à la Martinique, dans les foreſts ſombres & humides, vers le Grand Cul-de-Sac Royal.

TABULA CXIII.

Lingua Cervina, foliis enſiformibus, ſerratis.

E Radice tota capillata & nigricante, decem aut duodecim naſcuntur coſtæ fuſce vireſcentes, glabræ, quadripedalis altitudinis, & uncialis fere craſſitiei.

PLANCHE CXIII.

Langue de Cerf, à feuilles en forme d'épée.

LA racine de cette Plante eſt toute cheveluë & noire, elle pouſſe dix ou douze coſtes unies, d'un vert brun, longues d'environ quatre pieds, & groſſes à peu prés d'une ligne.

Chaque coſte eſt garnie preſque dans toute ſa longueur de feuilles alternes, aſſez proches les unes des autres, & toutes ſemblables à des épées ou à des couteaux fort pointus, tranchans des deux coſtez, dentelées légérement tout au tour, longues d'environ quatre à cinq pouces, & larges de huit à neuf lignes : leur ſubſtance eſt membraneuſe, unie, & d'un aſſez beau vert par devant, mais toute ſillonnée obliquement par derriére, & chargée tout le long de chaque coſté de la principale nervûre d'une double rangée de petites verruës noiraſtres.

On rencontre bien ſouvent cette Plante dans pluſieurs endroits de l'iſle Saint Domingue.

Grande Fougére ſans branches, à feuilles dentelées, & en façon de couteau. Deſcript. des Plantes de l'Amerique 10. Planche XV.

Singulæ autem in tota fere altitudine foliis inſtruuntur alternis, ſatis ſibi vicinis, enſemque aut gladium ancipitem acutiſſimum, utrinque leviter ſerratum, quinque pollices circiter longum, octo aut novem uncias latum optime referentibus: quorum ſubſtantia membranacea eſt, anterius unita, ſatis amœniter virens, poſterius vero obliquis rugulis tota exarata, verruculaſque deferens nigricantes, ac juxta utrumque primarii nervuli latus duplici ſerie conſtitutas.

Planta hæc plurima ſatiſque frequens reperitur variis in locis Inſulæ Sandominicanæ.

Filix latifolia, non ramoſa, foliis gladiiformibus ſerratis. *Deſcrip. Plant. Americ. 10. Tabula XV.*

PLANCHE CXIV.

Langue de Cerf à cinq feuilles pointuës, & à pédicules écailleux.

LA racine de cette Langue de Cerf eſt tres longue, rampante ſur les rochers, ou contre le tronc des vieux arbres, auſquels elle s'attache par un grand nombre de longues fibres rameuſes : elle n'eſt pas plus groſſe que la moitié du doigt, verte au dedans, d'un gouſt aſtringeant & douçaſtre, & toute veluë dehors, & couverte d'écailles noires & pointuës.

Elle pouſſe vers ſon extrémité trois ou quatre coſtes un peu plus groſſes que des plumes à écrire, rondes véritablement, mais tant ſoit peu canelées, d'un vert un peu foncé, & toutes parſémées de pluſieurs petites écailles pointuës & gris-noir.

Ces coſtes n'ont tout au plus que deux pieds de hauteur, & finiſſent par une grande feuille, longue d'environ un pied, & preſque ſemblable aux feuilles des Citronniers, quoyque plus pointuës, ayant le contour tout ondé, & le dos relevé par pluſieurs nervûres obliques, ondées, & jointes par d'autres beaucoup plus menuës, ondées de meſme, & courbées en arc, enfermant dans l'eſpace qu'elles forment deux petites verruës pou-

TABULA CXIV.

Lingua Cervina quinquefolia, foliis acuminatis, & pediculis ſquamoſis.

LOngiſſimam nanciſcitur radicem hæc Planta, aut per ſaxa, aut per arborum truncos, quibus fibris ſuis longis & ramoſis annectitur, longe lateque prorepentem, ſemidigitum craſſam, intus virentem, adſtringentem & ſubdulcem, deforis vero omnino pilis tenuibus, ſquamuliſque peracutis & nigricantibus obductam.

Ex ea ternæ aut quaternæ naſcuntur coſtæ penna ſcriptoria paulo craſſiores, teretes equidem, ſed pauliſper ſulcatæ, ſature vireſcentes, ſquamuliſque innumeris, tenuibus, peracutis & furvis omnino reſperſæ.

Singulæ bipedalis ſunt altitudinis & folio terminantur ſatis amplo pedali nempe, Citrei foliorum æmulo, aſt multo acutiori, per totum circuitum undoſo, poſteriuſque plurimis coſtulis etiam undoſis & obliquis nervoſo, quas coſtulas aliæ ſubtiliores arcuatæ & undoſæ connectunt, in ſingulis areis ſuis binas verruculas nigricantes pulverulentas & juxta coſtu-

las obliquas adpoſitas, capientes.

Quaternis inſuper aliis foliis adornantur hæ coſtæ, binis & binis in utroque latere adnexis, non omnino oppoſitis, ſuperiori equidem conformibus, ſed plus dimidio minoribus, ſimiliter nervoſis, ſimilibuſque verruculis poſterius onuſtis. Omnibus membranacea ineſt ſubſtantia ſubtilis, attamen firma, in adverſa ſuperficie dilute & amœne virens, ſaturius in averſa.

Occurrit mihi apud Inſulam Martinicanam, per ſylvas loci illius quem vulgo Le Morne Rouge *dicunt, ad partes Arci D. Petri vicinas.*

dreuſes, tannées & attachées tout prés des nervûres obliques.

Outre la feuille qui termine chacune de ces coſtes, elles en portent encore quatre autres ; ſçavoir deux de chaque coſté, non tout-à-fait oppoſées, ſemblables à la vérité à la premiére, mais plus petites de la moitié, nerveuſes de meſme, & garnies des meſmes verruës poudreuſes. La ſubſtance de toutes ces feuilles eſt membraneuſe & ferme comme du vélin le plus délié, d'un vert fort clair & gay ſur le devant, & plus foncé ſur le derriére.

Je trouvay cette Plante dans les bois de la Martinique, vers le lieu qu'on appelle le Morne Rouge, proche le quartier du Fort Saint Pierre.

TABULA CXV.

Lingua Cervina, ſcandens, Citrei foliis, major.

PRimariam hujuſce Plantæ radicem etſi diligentiſſime conquiſitam, nuſquam mihi licuit reperire : ipſa etenim Planta circa caudices arborum, ut opinor, immediate naſcitur, quos cauliculus ejus innumerarum fibrarum craſſiuſcularum ope complexens, iis Hederarum more firmiter annectitur, & inde nutrimentum ſumit.

Cauliculus autem ille digiti craſſitiem fere obtinet, paulo tamen ad caput ampliorem. Subſtantia ejus ſolidiuſcula, ac ferè lignoſa eſt, exterius nigricans, interius ſubfuſca, ſubdulcis, & adſtringens. Per totam longitudinem coſtarum reliquiis ſtriatur, umbiliciſque cavis quos coſtæ decidentes fecerunt identidem fiſtulatur. Circa ſummitatem ejus tres aut quatuor elevantur coſtæ magis quam bipedales, digitum circiter craſſæ, teretes, ſed ſulcatæ, lævisſimæ, viroris ad luridum vergentis, majori ex parte nudæ, alterâ ſex foliis adornatæ, in unicum tandem folium paulo cæteris amplius deſinentes. Cui ultimo folio pedalis fere ineſt longitudo & quadripollicaris latitudo. Singula Citreorum folia maxime æmulantur, tenuiora licet, undulato circuitu

PLANCHE CXV.

Grande Langue de Cerf, montante, à feuilles de Citronnier.

QUoyque j'aye cherché avec aſſez de ſoin la principale racine de cette Plante, je ne l'ay cependant jamais ſceu découvrir : elle ne prend à ce que je crois immédiatement ſa naiſſance & ſa nourriture que ſur les troncs des arbres, le long deſquels ſa tige monte & s'attache par un nombre de groſſes fibres, à la maniére du Lierre.

Or cette tige eſt ordinairement preſque auſſi groſſe que le doigt, excepté vers le haut, où elle eſt un peu plus enflée. Sa ſubſtance eſt un peu ſolide, & comme ligneuſe, noire en dehors, brune en dedans, & d'un gouſt aſtringeant & douçaſtre. Elle eſt relevée en toute ſa longueur par les reſtes des vieilles coſtes, & comme percée par pluſieurs cavitez qui y laiſſent ces meſmes coſtes. Son extrémité en pouſſe toûjours trois ou quatre, longues d'environ deux pieds & demi, preſque auſſi groſſe que le petit doigt, arrondies, mais un peu canelées, tres unies, d'un vert tirant ſur le brun, nuës plus de la moitié, garnies ſur l'autre de ſix feuilles, & terminées par une ſeule plus grande que toutes les autres. Celle-cy a bien prés d'un pied de longueur, ſur environ quatre pouces de large. Toutes reſſemblent aſſez aux feuilles de nos Citronniers, quoyque beaucoup plus

déliées,

déliées, ondées tout à l'entour, & ſoutenuës par deſſus le dos de pluſieurs nervûres obliques, ondées, & jointes par d'autres de meſme figure, plus menuës & courbes. Leur deſſus eſt aſſez uni & d'un vert gay, mais leur deſſous eſt un peu plus paſle : elles ne portent jamais de ſémence, mais on voit naiſtre immédiatement du bout de la tige une coſte particuliére, aſſortie de feuilles ſemblables véritablement aux premiéres, mais beaucoup plus petites, & leur dos eſt entiérement couvert d'une crouſte couleur de chaſtaigne que forment les véſicules ſéminales.

Je trouvay cette Plante à la Cabſterre de la Martinique, dans le bois de la Parroiſſe Sainte Marie, le long d'un ruiſſeau qui porte le meſme nom.

contenta, coſtuliſque obliquis & undoſis, quas aliæ tranſverſales exiliores, incurvæ & undoſæ interjacent, nervoſa, ſuperficies ipſorum ſuperior unita & amæne virens, inferior vero virore paulo pallidiore niteſcit : ſemine expertia perdurant hæc folia, peculiaris interea ex ipſo radicis capite provehitur coſta ; folia ſimilia equidem deferens ſed multo minora, totoque dorſo veſiculis ſeminalibus & ſature fulveſcentibus incruſtata.

Plantam reperi in Orientali inſulæ Martinicanæ plaga, per ſylvas Parrochiæ Sanctæ Mariæ, ſecuſque fluviolum eodem nomine deſignatum.

PLANCHE CXVI.

Petite Langue de Cerf montante, à feuilles de Citronnier.

CEtte Plante eſt preſque de meſme nature que la précedente, tant par rapport à ſa racine, qu'à la maniére de s'attacher aux troncs des arbres ; je n'ay jamais ſceu trouver auſſi qu'elle eſtoit ſa principale racine : ſa tige s'attache fortement tout le long des troncs des arbres par une tres grande quantité de fibres fort tendres, courtes, rameuſes, & toutes couvertes d'une petite mouſſe jaunaſtre ; elle n'eſt pas plus groſſe qu'une plume à écrire, ronde, tendre, griſe, & garnie en toute ſa longueur de pluſieurs feuilles alternes aſſez ſemblables, ſoit en grandeur ſoit en figure à celles des Citronniers, eſtant pourtant un peu charnuës, tres unies, d'un vert clair, tirant ſur le jaune, ſoutenuës en toute leur longueur par une nervûre carenée, & toutes venées intérieurement par un réſeau de fibres extrémement déliées.

La ſémence ne paroiſt jamais que ſur les plus jeunes feuilles, dont le dos eſt entiérement enduit d'une crouſte d'un chaſtain doré, formée par une infinité de petites veſſies tres rondes, qui rendent cette partie comme chagrinée.

Je trouvay celle-cy dans le meſme endroit que la précedente.

TABULA CXVI.

Lingua Cervina ſcandens, Citrei foliis, minor.

EAndem ſortitur naturam hæc Planta, quam præcedens, cum de radice agitur & de ejus ad truncos arborum ſcanſu & adhæſione ; qualis ejus radix primaria ſit etiam me latuit ſemper : cauliculo ejus contingit caudices arborum conſcendere, ipſiſque numeroſis fibris teneris, brevibus, ramoſis & muſco luteſcente indutis firmiter inhærere ; cauliculus autem ille pennam ſcriptoriam, craſſus eſt, teres, tener, leucophæus, alternaque per totam longitudinem emittens folia Citreorum foliis, tum mole, tum forma ſatis æmula, craſſiuſcula tamen, læviſſima, è luteo vireſcentia, nervulo carinato ſuſtentata, ac tandem interioribus fibrillis ſubtiliſſimis reticulatim omnino venoſa.

Junioribus tantum foliis ſemina deferre conceditur, quorum poſterior ſuperficies veſiculis innumeris è bætico aureis, ac fere globularibus incruſtatur, unde tota corii zegrinei inſtar veluti granulata conſpicitur.

Plantam in eadem regione qua præcedentem adinveni.

TABULA CXVII.

Lingua Cervina ſcandens, foliis Laurinis, ſerratis.

DE primaria hujuſce Plantæ radice nulla mihi penitus notitia; caulículus tantum conſpicitur digitum fere craſſus, totuſque membranulis aureis & peracutis ſquamatus, arborum caudices conſcendere, ipſiſque fibrarum nigricantium adminiculo pertinaciter inhærere. Ex ipſo numeroſæ ſatis evehuntur coſtæ alterno ſitu procedentes, exiles, teretes, flexiles, bipedales, læte virentes, unitæ iiſdemque ſquamulis aureis ſcilicet & peracutis ad initium reſperſæ, ac tandem circa utrumque altitudinis latus foliis plurimis per conjugationes poſitis, excepto ultimo ipſas coronante, adornatæ.

Laurinis equidem foliis ſatis conformia apparent hæc folia ſingula, juſtam tamen eorum amplitudinem definire vix quis poterit, cùm in eadem planta variarum magnitudinum ſpectentur: etiam in quibuſdam Plantis folia fere ovata Iliceiſque foliis valde ſimilia comperi; unde ſuborta dubitatio, an ſpecies aliqua differens an tantum varietas Plantæ? Utut ſit, communior ipſorum longitudo bipollicaris, latitudo vero ſemipollicaris; totus inſuper circuitus denticulis peracutis leviter crenatur; ſubſtantia membranacea eſt & firma, ſuperius glabra, poſterius rigulis plurimis ſulcata, undique tandem ſature ſed grate virescens. Coſtas ſuas facile ſiccando etiam derelinquunt, nulloque uſquam ſemine potiuntur, ſed ſolummoda alia quædam peculiaria folia peculiari coſtæ ejuſdem Plantæ, cæteris longiori provenientia, priuſque ſubſcuſculas quaſdam quadripollicaris longitudinis, teretes, & paulo minus calamis ſcriptoriis craſſas, imitantia. His autem ſubſcuſculis in longum dein debiſcentibus, dilatatis ac retro revolutis totum ſingularum dorſum veſiculis innumeris

PLANCHE CXVII.

Langue de Cerf montante, à feuilles de Laurier, dentelées.

IL m'a auſſi eſté impoſſible de découvrir la principale racine de cette Plante; on ne voit qu'une tige preſque de la groſſeur du doigt, toute couverte d'écailles dorées & pointuës, monter & s'attacher tout le long de grands arbres par quantité de fibres noiraſtres. De cette meſme tige on voit ſortir un aſſez grand nombre de coſtes alternes, longues d'environ deux pieds, minces, plantes, rondes, unies, d'un vert aſſez agréable, parſémées au commencement de quelques écailles de meſme nature, & garnies preſque en toute leur longueur, & de chaque coſté de pluſieurs feuilles, arrangées par paires, excepté celle qui les termine.

Toutes ces feuilles ont bien à peu prés la meſme figure de celles du Laurier, mais on n'en ſçauroit déterminer la grandeur: j'en ay remarqué ſur la meſme Plante de grandes & des petites; j'en ay veu meſme ſur quelques pieds qui eſtoient preſque ovales, & à peu prés ſemblables aux feuilles de nos Yeuſes, ce qui m'a fait douter ſi c'étoit une variété, ou quelque eſpéce différente. Quoy qu'il en ſoit, leur grandeur la plus ordinaire eſt d'environ deux pouces de long, ſur prés de demi pouce de large. Tout leur contour eſt entaillé par une dentelûre pointuë, & leur ſubſtance eſt membraneuſe & ferme, aſſez unie par deſſus, & toute ſillonnée en deſſous par quantité de rayes obliques: leur couléur eſt d'un vert foncé aſſez agréable, & ſe deſarticulent aiſément de la coſte en ſéchant. Ce n'eſt jamais ſur elles que la ſémence eſt produite, c'eſt toûjours ſur des feuilles d'une autre nature naiſſantes ſur le meſme pied, d'où l'on voit ſortir une coſte parmi les autres qui eſt particuliére, beaucoup plus longue, & garnie dans toute ſa longueur de pluſieurs paires de feuilles, ſemblables du commencement à de petites broches rondes un peu moins groſſes que des plumes à écrire, longues d'environ quatre pouces, qui venant enſuite à s'ouvrir en long, commencent à ſe dilater & à ſe replier en meſme-temps par un ſens contraire. C'eſt alors qu'on découvre leur dos

entiérement couvert d'une pouſſiére d'un doré noir, formée par les véſicules. J'ay eſté long temps ſans pouvoir découvrir ces fruits, quoyque j'euſſe veu déja beaucoup de pieds de cette Plante, cependant il arriva un jour que ſur le Morne de la Calebaſſe à la Martinique j'en rencontray un comme je le ſouhaitois.

Cette Plante croiſt ordinairement ſur les pieds des arbres, & toûjours le long des ruiſſeaux, ou bien dans les foreſts ombrageuſes & humides.

C'eſt *la petite eſpéce de Fougére montante, diviſée ſeulement en pinnules, longues, larges, & ſans crénelûre*, du Sr Sloane. Catalogue des Plantes de la Jamaïque 17.

Grande Fougére montante, dentelée. Deſcription des Plantes de l'Amerique 8. Planche 12.

ex auro nigricantibus pulverulentum ſpectatur. Diu fruſtra Plantæ fructus conquiſitos tandem contigit mihi reperire in vertice montis de la Calebaſſe, *apùd Inſulam Martinicanam.*

Ut plurimum caudicibus arborum accreſcit hæc Planta, rivulos potiſſimùm amans, aut ſylvas humidas & umbroſas.

Filix major, ſcandens, in pinnas tantum diviſa oblongas, lataſque, non crenatas. *Sloane Catal. Plantar. Jamaïc. 17.*

Filix ſcandens, latifolia, ſerrata. *Deſcrip. Plant. Americ. 8. Tab. 12.*

PLANCHE CXVIII.

Tres petite Langue de Cerf, rampante, & veluë.

CEtte eſpéce de Langue de Cerf occupe bien ſouvent une aſſez grande étenduë, rampant bien au long de tous les coſtez, ou ſur les pieds des arbres renverſez, ou ſur les rochers plains de mouſſe, qu'elle couvre entiérement par le grand nombre de jets qu'elle pouſſe, leſquels ſont extrémement longs, tres rameux, fort déliez, & enracinez par quantité de petites fibres rameuſes.

Tous ces jets ſont entiérement velus, d'un vert foncé, & couverts d'une petite mouſſe rouſſaſtre. Ils pouſſent de temps en temps quelques apophiſes, & quantité de feuilles diverſes & de différente nature, les unes eſtant preſque ovales & d'environ un pouce de longueur, & les autres aſſez ſemblables aux feuilles des Saules, c'eſt-à-dire longuettes, étroites, pointuës par les deux bouts, & d'environ trois pouces de long, ſur prés de demi pouce de large. Les unes & les autres ſont d'une conſiſtence membraneuſe & charnuës, unies, & d'un tres beau vert, mais toutes entiérement couvertes d'un petit poil ras & rouſſaſtre. On voit ſur le dos des plus longues, qui ſont celles qui reſſemblent aux feuilles du Saule, deux rangées de quelques

TABULA CXVIII.

Lingua Cervina minima, repens, & hirſuta.

LOnge, lateque ſe atiatur hæc Planta aut ſuper ſaxa ipſa muſco incruſtata, aut ſuper caducarum arborum caudices luxurians, quos omnino innumeris ſuis foliis & viti ulis longiſſimis, ramoſiſſimis fibrilliſque per totum ſtipatis occupat & inveſtit.

Illæ autem viticulæ omnino villoſæ inſunt & ſature virescentes etſi muſcoſitate quadam ruffescente veluti obductæ. Ex his apophyſes quædam identidem protenduntur, foliaque plurima oriuntur, varias magnitudines formas & indoles ſortita; quibuſdam etenim figura ineſt fere ovata & pollicaris longitudo; aliis vero ſalignea, longiuſcula ſcilicet utrinque anguſtata & acuminata, tres pollices circiter longa ac ſex uncias fere lata. Utraque membranacea ſunt craſſiuſcula, lævigata, amæno virore inſignia, ſed penitus brevibus & ruffeſcentibus pilis villoſa. Longiorum, ſeu Saligneorum dorſo gemina verrucarum lenticularis formæ & magnitudinis fere, adponitur,

quas innumeræ conſtruunt veſiculæ villoſæ, & è caſtaneo penitus ruffeſcentes.

Per ſylvas humidas potiſſimum provenit hæc Planta, quam apud Inſulam Sandominicanam reperi, & apud Martinicanam in regione quæ vulgo dicitur Le Morne Rouge, *Arci D. Petri vicina.*

groſſes verruës preſque auſſi grandes que des lentilles, & formées par quantité de véſicules veluës, & d'un roux couleur de chaſtaigne.

Cette Plante vient dans les foreſts humides; j'en ay trouvé en quelques endroits de l'iſle Saint Domingue & de la Martinique, dans les bois du Morne Rouge, particuliérement proche le Fort Saint Pierre.

TABULA CXIX.

Lingua Cervina ſcandens, cauliculis ſquamoſis.

FRuſtra etiam hujuſce Plantæ radicem primam intra terræ viſcera conquiſiveris: cauliculis etenim tota planta conſtat numeroſis, tenuibus, longiſſimis, ramoſiſſimis, ac per truncos arborum vetuſtarum Hederarum inſtar fibrillis innumeris ſerpendo radicatis. Qui quidem cauliculi omnino pilis ruffeſcentibus, ſquamuliſque concoloribus & peracutis contecti ſurculos quoſdam identidem producunt fere pollicaris longitudinis villoſos etiam & ſquamatos.

Folia plurima, ſed inordinatim poſita iis cauliculis adnaſcuntur, ſcilicet mox oppoſita, mox alterna, ſolitaria nunc, nunc ſociata, & omnia linguiformia, ſed acuminata, quadripollicarem longitudinem & octuncialem latitudinem ſortita. Singulis membranacea ineſt ſubſtantia, læviſſima deſuper & læto virore donata, inferne vero nervulo totam longitudinem percurrente inſtructa, unde alii nervuli ad latus utrumque dimanant obliqui, undoſi ac intra ſepta ſua tuberculum pulverulentum, & ex albo nigreſcens claudentes.

Frequentiſſima per ſylvas Antillarum Planta hæc viſitur. Phyllitis minor ſcandens, foliis anguſtis. *Sloane Catal. Plant. Jamaïc. 15.*

Phyllitis ſcandens, cauliculis ſquamoſis. *Deſcript. Plantar. Americ. 29. Tab. 42.*

Filix ſarmentoſa, bifrons, ſeu Bryopteris ſcandens Jamaïcenſis inter Filicem & Lycopodium media. *Pluk. Almag. Bot. 156. & Phytog. Tab. 290. fig. 3.*

PLANCHE CXIX.

Langue de Cerf montante, à tiges écailleuſes.

ON ne ſçauroit non plus découvrir dans la terre la principale racine de cette Plante; on ne voit proprement qu'un grand nombre de tiges menuës tres longues, tres rameuſes, & toutes attachées en ſerpentant, ainſi que nos Lierres tout le long des vieux arbres par quantité de petites fibres. Elles ſont entiérement couvertes de petits poils roux, & de petites écailles membraneuſes, rouſſaſtres, & pointuës, & donnent de temps en temps quelques jets longs d'environ un pouce, velus & écailleux de meſme.

Tout le long de ces tiges & de leurs rameaux naiſt confuſément un grand nombre de feuilles, tantoſt oppoſées, tantoſt alternes, tantoſt ſeules, & tantoſt accompagnées, mais toutes ſemblables à des langues étroites & pointuës, longues d'environ quatre pouces, & larges de ſept à huit lignes. Leur conſiſtence eſt membraneuſe, liſſe, d'un vert aſſez agréable & relevée tout le long du dos par une petite nervûre qui en fournit d'autres à chaque coſté, toutes ondées & obliques enfermant dans chaque enceinte qu'elles forment une verruë poudreuſe & griſaſtre.

Cette plante eſt aſſez commune par toutes les foreſts des iſles de l'Amérique. C'eſt *la petite Phillite montante, à feuilles étroites* du S^r Sloane Catal. des Plant. de la Jamaïq. 15.

Phillite montante, à tiges écaillées. Deſcript. des Plantes de l'Amérique 29. Planche 42.

Fougére à deux faces, & à pluſieurs ſarmens, ou Brioptere montante de la Jamaïque, moyenne entre la Fougére & le Licopode ou Pied-de-Loup. Pluk. Almag. Botan. 156. & Phytogr. Planche 290. fig. 3.

PLAN-

PLANCHE CXX.

Langue de Cerf montante, rampante, & à différens feuillages.

CEtte eſpéce de Langue de Cerf, ainſi que la précedente, s'attache en montant ou aux troncs de vieux arbres, ou ſur les rochers ſur leſquels elle s'étend de tous coſtez par quantité de tiges tres menuës, mais d'une longueur conſidérable, tres rameuſes, & toutes couvertes d'un petit poil noir au lieu d'écailles; elles produiſent auſſi un nombre infini de feuilles de deux différentes figures, les unes eſtant courtes, & preſque rondes ou ovales, & les autres longues, étroites & poïntuës : celles-cy ont environ cinq pouces de long, ſur prés de demi pouce de large ; tout leur contour eſt dentelé par une crénelûre ronde, & leur dos chargé d'une verruë rouſſe & poudreuſe dans le champ de chaque crenelûre; les autres qui ne ſont pas plus grandes que l'ongle, ont tout leur contour ondé, & ne portent jamais de ſémence : les unes & les autres ſont minces, & membraneuſes, d'un vert fort agréable par tout, & toutes venées par une petite nervûre rameuſe.

Cette Plante vient particuliérement dans les endroits humides ; j'en trouvay quantité proche la Montagne ronde, dans l'iſle Saint Domingue, en venant des Anſes à Pitre à Léogane.

TABULA CXX.

Lingua Cervina Eterophylla, ſcandens, & repens.

HÆc præcedentis ad modum, aut ſuper arborum truncos, aut ſuper ſaxa ipſa longe, lateque perreptando ſeſe diffundit, cauliculos emittens quam plurimos tenuiſſimos, longiſſimos, ramoſiſſimos, piliſque nigricantibus, non vero ſquamulis penitus obductos : quos innumera etiam obveſtiunt folia biformis naturæ, brevia ſcilicet alia & ovata, alia vero longa, anguſta, & acuminata : hæc quinquepollicarem obtinent longitudinem, & latitudinem ſemipollicarem, toto circuitu denticulis rotundis crenantur, totoque dorſo, & in ſingulis denticulorum campis tuberculum deferunt pulverulentum & ruffeſcens; cætera ungulam vix ſuperant, undoſo margine continentur, nulloque penitus ſemine potiuntur : ſingula tandem tenui conſtant membrana, undique amœno virore ſplendente, venuliſque exilibus, & ramoſis penitus nervoſa.

Humidis potiſſimum locis gaudet hæc Planta, quam copioſam juxta illum montem, quem la Montagne Ronde, *apud inſulam Sandominicanam vocant, cum à ſinubus Petri,* les Anſes à Pitre, *tenditur ad Leoganam.*

PLANCHE CXXI.

Langue de Cerf montante, à feuilles étroites, & ondées.

CEtte Langue de Cerf eſt de la meſme nature que les deux précedentes, par rapport à la petiteſſe & longueur de ſes tiges, & à ſa maniére de ramper ou ſur les rochers, ou bien le long des arbres où elle attache ſes tiges extrémement longues & déliées par quantité de petites racines ſemblables à des vermiſſeaux griſaſtres. Ces meſmes tiges ſont entiérement couvertes d'un petit poil doré, & pouſſent de temps en temps quelques ra-

TABULA CXXI.

Lingua Cervina ſcandens, anguſtis, & undoſis foliis.

BInarum præcedentium naturam ſortitur hæc, cauliculorum ſcilicet, tum exilitate, tum aut ſuper ſaxa, aut ſuper arborum caudices reptatu : potius tamen arboreos caudices amplectitur, circa quos cauliculos ſuos tenues, & longiſſimos plurimis fibris caneſcentibus & vermicularibus alligat & confirmat. Qui quidem cauliculi, ſeu viticulæ ex auro omnino villoſæ ſunt, ramoſque quoſ-

dam identidem emittunt alternos, pariter tenues, & villoſos, ſed non admodum longos.

Folia his ſolummodo ramulis adnaſcuntur alterna ſerie ordinata, atque ob nimiam pediculorum debilitatem deorſum propendentia, ſubtili membrana conſtantia, viroreque ſaturo omnino ſplendentia: decempollicaris ipſis ineſt longitudo, triuncialiſque circa mediam longitudinem latitudo, qua deinde paulatim ad utramque extremitatem uſque ſemper anguſtiora facta, tandem fiunt acutiſſima, ipſorum ambitus unduloſus eſt, averſa ſuperficies nervulo nigro ſuſtentatur, duplicique verrucularum pulvereſcentium, & aureo fulgore nitentium onuſtatur.

Multoties Plantam reperi, per ſylvas Inſulæ Sandominicanæ.

meaux alternes, mais fort peu longs & de meſme nature qu'elles.

Le long de ces rameaux ſeulement on voit naiſtre une rangée de feuilles alternes, ayant toutes la pointe tournée vers la terre, ne pouvant demeurer droites à cauſe de la foibleſſe de leurs pédicules: ces feuilles ſont membraneuſes, tres déliées, & d'un vert foncé par tout; leur longueur eſt d'environ dix pouces, ſur prés de trois lignes de large, vers le milieu diminuant toûjours de largeur, en tirant du coſté de la pointe, & de celuy du pédicule; enſorte qu'elles ont les extrémitez pointuës, tout le contour ondé légérement, & le dos ſoûtenu en long par une nervûre noire, & chargé d'une double rangée de petites verruës poudreuſes & dorées.

J'ay rencontré pluſieurs fois cette Plante dans les foreſts de l'iſle Saint Domingue.

TABULA CXXII.

Lingua Cervina ſcandens, folii Querni diviſura.

TRium Plantarum præcedentium more hæc viticuloſos ſuos cauliculos circa vetuſtarum arborum caudices, etiam exerit tenuiſſimos equidem ac longiſſimos, ſed pilis longioribus, & obſcurius ruffeſcentibus veſtitos: ramuſculos etiam producentes, ſed breves, capillatos, veluti perpendiculariter adnexos, foliiſque omnino nudatos. Folia namque cauliculis ipſis ut plurimum adnaſcuntur, ſed rara, alternatim, acuminibuſque ad terram inverſis adpoſita, decem pollices circiter longa, pollicem & ſemis circa mediam longitudinem lata, utrinque deinde potiſſimum qua terram reſpiciunt, multum acuminata. Totus eis ineſt circuitus foliorum Quercus in modum, variis proceſſibus ſinuoſus; membranacea ſubſtantia, ſed ſubtilis læviſſima, ſplendentique viriditate gratiſſima: totum longitudinis tractum nervulus tranſcurrit nigerrimus, à quo ramuli, ad ſingulos proceſſuum terminos extendunt, quemque utrinque cumuli quidam ſtipantur ex innumeris veſiculis aureo decore fulgentibus congeſti.

PLANCHE CXXII.

Langue de Cerf montante, & à feuilles découpées comme celles du Cheſne.

LEs tiges de cette eſpéce rampent & s'attachent le long des troncs des vieux arbres, de meſme que celles de trois précedentes; elles ſont bien auſſi menuës & auſſi longues, mais leur poil eſt un peu plus long, & tirant ſur le chaſtain: elles pouſſent auſſi pluſieurs rameaux alternes, mais fort peu longs, eſtant tous comme perpendiculaires, & ſans feuilles, un peu écartez les uns des autres, & toûjours par un ordre alterne, & la pointe tournée en bas. Leur longueur ordinaire eſt d'environ dix pouces, ſur prés d'un pouce & demi de large vers le milieu de leur étenduë, les deux extrémitez finiſſant en pointe, particuliérement celle qui regarde la terre. Tout leur contour eſt ondé & découpé preſque comme les feuilles des Cheſnes, par des avances & des ſinuoſitez inégales. Leur conſiſtence eſt membraneuſe & déliée, unie par tout, & d'un vert luiſant agréable: elles ont tout le dos traverſé en long par une nervûre noire, qui diſtribuë un rameau à chaque extrémité des avances, & le long de laquelle on voit régner à chaque coſté quelques tas d'une quantité de petites veſſies dorées.

J'ay trouvé auſſi cette Plante dans les foreſts de l'iſle Saint Domingue, mais fort rarement.

Plantam etiam per ſylvas Inſulæ Sandominicanæ reperi, ſed raro mihi occurrit.

PLANCHE CXXIII.

Langue de Cerf à feuilles tres grandes.

BIen que la racine de cette Langue de Cerf ſoit beaucoup plus groſſe que celle de nos Polipodes, elle en a néanmoins & le gouſt & la conſiſtence. Elle croiſt ordinairement ſur les troncs des vieux arbres auſquels elle s'attache par une infinité de fibres vermiculaires & noires. Sa figure eſt preſque la meſme que celle de noſtre Biſtorte commune, c'eſt-à-dire tortuë & inégale à cauſe de pluſieurs productions tubereuſes en forme de mammelons, la pluſpart écailleux, & toute remplie de nœuds en nombrils qui ſont les reſtes de vieilles feuilles. Sa groſſeur eſt preſque de la moitié du bras, & paroiſt au dedans de couleur de chair, bleuaſtre au dehors, & toute picotée de petites taches tannées.

